~~Ieremiæ Gridley.~~
John Adams

HOMERI QVAE EXSTANT OMNIA

Ilias, Odyssea, Batrachomyomachia, Hymni, Poëmatia aliquot

Cum Latina versione omnium quæ circumferuntur emendatiss. aliquot locis iam castigatiore

Perpetuis item iustisque in Iliada simul & Odysseam
IO. SPONDANI Mauleonensis
COMMENTARIIS:

PINDARI *quinetiam Thebani Epitome Iliados Latinis versib. &* DARETIS *Phrygij de bello Troiano libri, à Corn. Nepote eleganter latino versi carmine.*

Editio vltima superiore limatior.

INDICES *textus Homeri & Commentariorum locupletissimi.*

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI.

2226

a/o

Christianissimo
FRANCORVM
ET
NAVARRAEORVM
REGI
HENRICO IV.

QVONIAM opus hoc, quum primùm sic elaboratum prælo describeretur, Maiestati Tuæ, REX CHRISTIANISSIME, regni tantùm Navarræ gubernacula tum moderanti dicatum fuit: iterata hac editione recusum augustissimo nomini tuo consecratum meritò manere debuit, postquam diuinâ prouidentiâ vtriusq; regni, Franciæ & Nauarræ caput & dominator effectus es, & accessio tam magnæ potestatis regiam voluntatem tuam in bonas literas literatosq; minimè immutauit. Cui enim iure maiori tam insigne opus inscribatur dicatumque maneat, quàm Regi magno? opus, inquam, in quo prudentissimorum fortissimorumq; Regum ac Ducum, quos vetus historia Græca nouit, virtutes regiæ celebrantur & bellicæ res, præclarè fortiterq; gestæ magnificè describuntur & laudibus ad cœlum tolluntur: in quo fata eorundem ante oculos ponuntur: opus, in quo legendo potentissimi Monarchæ, quorum in numero Alexander ille Magnus & Ptolemæus Philadelphus Rex Aegypti, operam impenderunt: in quo abolendo Adrianus Imperator, inducto pro eo Antimacho, frustra laborauit, Dione referente. Quid quòd in te expressum est viuum artium illarum regiarum ad multos populos feliciter gubernandos & in officio continendos necessariarum exemplar, cuius veluti idea quædã in Agamemnone laudatur? DEVS enim summus exercituum Imperator & regnorum autor conseruatorq;, te restituendæ rei Gallicæ destinauerat, quæ exterorum insana ambitione, domesticorumq; funesta dissensione penè perierat. Idem te virtutibus illis reuerendum hostibus iuxtà & amicis admirandumque reddidit, quibus labantem rempublicam erigere & fulcire necesse fuit, prudentiâ nimirum & fortitudine verè regia atque heroica, quibus breui temporis spacio perfecisti, vt sedatis perniciosissimis bellorũ tumultibus animisque dissentientium populorum ad harmoniam reuo-

catis, gloria in Regnis tuis habitet: benignitas & fides inter ſe occurrant: iuſtitia atque pax ſe oſculentur. Ad haſce cauſas, cur Homericum iſtud opus Maieſtati Tuæ conſecratum manere debeat, accedit etiam alia, me attingens particulariter, quod regia Tua benignitas priuilegium mihi indulſit, quo typographia mea ab incommodis & detrimentis, quibus alioquin ars hæc ob quorundam auaritiam obnoxia eſt, immunis exſiſtit. Hoc igitur meæ erga Maieſtatem Tuam obſeruantiæ deuotiſſimæ gratiq; animi teſtimonium exhibere debui, quod (licèt nonnullis forſan vile ac leue videri poſſit) ſi pro tua Clementia, vt confido, non ſpernetur, minimè vulgaris beneficij loco ducam, meamq; quibuſcunq; potero officijs gratitudinem, quoad vixero, probare enitar. DOMINVS ille exercituum te, REX CHRISTIANISSIME, prudentiæ ſpiritu perpetuò gubernet, & muniat inuicta fortitudine, Maieſtatem Tuã cum Regina Sereniſſima ac Prole regia quàm diutiſſimè incolumem ſeruet & potenter tueatur, omniq; benedictionum genere locupletet.

BASILEAE XIX. Martij anno epochæ Chriſtianæ M. DCVI.

Regiæ Maieſtatis Tuæ

deuotiſſimus ſeruus & cliens

Sebaſtianus Henricpetri
Typographus & ciuis Baſilienſis.

Sere-

Serenifs. Illuſtriſsimóque
NAVARRAEORVM
REGI
HENRICO III.
MECOENATI MEO
CLEMENTISS.

DVAE ſunt cauſæ, Rex Sereniſsime, quæ me potiſsimùm ad dedicandos conſecrandosq́ tibi labores meos Homericos impulerunt: altera quòd officij mei ratio ita poſtularet: altera quòd Regia tua Maieſtate nō planè indignum munus aliqua ex parte videbatur. Primā quod attinet, cùm ego mihi optimè ſim conſcius auguſtæ illius munificentiæ tuæ, qua me in hoc ſtudio literario, poſt Illuſtriſsimæ tuæ matris, Reginæ IOANNAE *piæ & ſempiternæ memoriæ, fatū longè funeſtiſsimum; cuius ego primùm liberalem manum expertus eram, clementiſsimè hactenus cohoneſtaſti, hoc quicquid eſt opellæ meæ iurè tibi à me deſtinatum eſt: quòd æquū eſſe ſoleat, vt cuius beneficio ſeges excolitur, illius fructus qualeſcunq́ tandem illi ſunt, maximè percipiat. Sed & hoc alijs nominibus facere planè debui. Cui enim parens meus, Maieſtatis tuæ à conſilijs & ſecretis (vt de maioribus tuis, quibus etiam iam à multis annis in eadem dignitate, cum laude ſatis ampla, inſeruiuit, conticeſcam) ſeipſum, ſuos, ſuaq́ omnia omnino deuouit: par fuit me illius veſtigia inſiſtentem in hac adeò ætatis meæ teneritate reliquæ meæ vitæ inſtitutum hoc facto indicare, quod in his mortalibus nihil ſibi proponit antiquius, quàm vt me totum tibi, ex iure tuo, planè mancipet. Accedit quòd cùm ſub tua Bearnenſi ditione, vnde etiam ex parte familia noſtra eſt propagata, ab aliquot annis viuamus, quo nomine in tuam poteſtatem omnino venimus, nulli æquius fuit iſta à me offerri, quàm ei quem ego pro noſtro principe & auguſtiſsimo domino demum agnoſco. Atq́ has equidem rationes inſtituti mei non ſolùm Maieſtati tuæ, ſed etiam cuiuis alteri facilè me comprobaturum ſpero. Alteram verò cauſam quod ſpectat, multis, ni fallor, arrogantiùs locutus videbor, qui hoc munus noſtrum Maieſtate tua aliquatenus dignum pronunciauerim. Audire enim nonnullos mihi iam videor dictitantes, grauioribus te negotijs occupatum, putà etiam bellicis curis, cū quibus rancidus iſte Meleſigenes, qui poſteà Homeri nomen obtinuit, nullum habeat commercium, ſed qui ad puluerem literarium relegandus ſit, & ijs dignus demū exiſtimandus qui his vilioribus ſtudijs dediti, altiora, quibus Maieſtas tua diſtinetur, minimè ſpirare poſſunt. Ergo tibi tubas, lituos, buccinas, ſclopetos, tormentaq́ alia bellica, loricas, galeas, equos cataphractos, reliquū deniq́ apparatum militarem potiùs offerendū fuiſſe cenſebunt, quàm has nugas, vt appellant, ſcholaſticas, in quibus nihil eſt, quod regijs auribus & oculis dignum videatur. Næ illi parum intelligūt, tum quis tu ſis, tum quid ſit illud, quòd Maieſtati tuæ*

offero. De te primùm vt loquar, iamdiu equidem mihi perspectum est, quanto studio studia hæc nostra semper sis prosequutus: cuius virtutis propemodùm singularis (est enim Virtus, literas virtutũ officinã excolere) eadẽ tua mater hæredem te reliquit. Hinc viri literati & eruditi suũ quoq; honorificum ordinẽ apud te plurimùm sunt consequuti: hinc tua Academia illa Bearnensis efflorescit: quod amoris tui in literas argumentũ est luculentissimũ, vt nihil absurdũ facere existimari debeam, qui literarũ fautori literarium aliquid offeram. De meo verò munere vt dicã, ne extra quidẽ cancellos scholasticos vllũ Maiestate tua dignius inueniri posse cũ quouis facillimè cõtenderim. Siue enim belli siue etiam pacis negotia administres, habet Maiestas tua quod in vtroq; Homeri volumine à suis occupationibus alienũ nõ reperiat, etiã nescio qua Syllana turba reclamante, quæ Regũ animis iamdiu obstrepere petulanter solet. Quibus fastus & pompa aulica iam ab ineunte ætate placet, & nostra studia sordent, quasi illi in nobiliore & præstantiore vitæ genere versentur, solent eos qui illa profitentur, nõ solùm sua societate, sed Regũ etiã comitatu indignos iudicare: porrò si qui hodie tales supersunt, omnẽ mihi ad tuam Maiestatẽ aditum intercludere conabuntur, quòd illis nimirum in hac gloria solis triumphare liceat, nobis quasi è plebeia fæce recèns exoriẽtibus, velut profanis tuæ interpellãdæ Maiestatis licẽtia debeat interdici. Ego verò indicatum huiusmodi hominibus volo, me instructum ijs ad te me cõferre, quæ magis tuã exornare Maiestatẽ possint quàm illorum præsentia. Quid verò illud tandẽ est, quòd tantoperè vendito? Homerus meus, Rex illustrissime, & iam donatione mea tuus Homerus, inquam, cuius scripta nõ solùm à liminibus regijs nõ arcenda, sed ijs quasi egregia quædã Regiæ Maiestatis ornamẽta, vtpote q̃ omnia spirẽt regia, excipienda sunt. Quid ita? Attende, Rex illustrissime: ego omnia paucis explicabo. Regiũ est fortẽ, regium est prudentẽ esse: Fortitudo nimirùm & Prudentia tutissima sunt esse Regij status columina. Ecce Homerus tuus vtramq; partẽ ita persequitur, vt eum demũ finẽ spectasse videatur, quò Regibus digna omnia scriberet, & in cæco, errabũdo, miseroq; alioqui vate (q casus solent virtutẽ ferè comitari) nõ alius planè quàm Regius fuerit animus, nõ alius saltẽ ex monumẽtis eius elucescat. Primùm tota Ilias integrũ est & perpetuum FORTITVDINIS *speculum vel in solo Achille, quẽ ita informauit, vt ei parem, si Maiestatẽ tuã excepero, sequentia secula neminẽ protulerint. Enimuerò quid Hectoras, quid Agamẽnonas, quid Menelaos, quid Aiaces, quid Diomedes, quid Idomeneos, quid Nestoras, quid Menestheos, quid Vlysses & reliquos Heroas clarissmos cõmemorem, in quibus luculenta fortium virorum effigies ita ad viuum expressa est, vt nihil exactius à mortalitate excogitari possit? Licet ergo bellica negotia capesses, nõ à te elimãdus idcircò veniet Homerus, quasi illa vllatenus interturbaturus sit: hic potius tua cõsilia adiuuabit, &, si tantillũ temporis illius lectioni tribuere nõ dedigneris, ad ipsa prælia subeundũ te alacriorẽ lõgè efficiet. Nulla enim alia re solet fortitudo magis excitari, quàm fortiũ virorum cõmemoratione: vnde legimus, vel ipsum Themistoclẽ ob Miltiadis trophæa subinde expergefactũ, vt insomnes etiã noctes trãsegerit: neq; dubito, quin etiã in ipsa acie tãti ducis, cuius facta & virtutẽ studiosè æmulabatur, recordatione eò fortiùs se gesserit. Cùm ergo his stimulis excitetur*

citetur virtus, est quod Homerum tuum amplectaris, & attentè euoluas, qui infinita eius exẽpla tibi amplißimè suppeditabit, vnde sese illa augeri manifestè apud te sentiat, & eum suo damno huius amoris & attẽtionis fructus hostes tui postmodũ experiantur. Sic apud eundẽ tuum Vatem refricata sibi à Minerua Tydei patris memoria, Troianũ exercitũ maiore cũ alacritate Diomedes profligauit. Vide ergo quid tibi offerã. Poëtam nempe, qui solos istos strepitus bellicos intonabit, & ad prælia claßicũ tibi quodãmodò canet: nihil humile, nihil abiectum, nihil à Regiæ Maiestatis grauitate & officio alienũ referẽs, nisi vbi illo tuo iudicij acumine vitia à virtutibus erunt discernẽda, quæ tamẽ sedulò & diligẽter Poëta tuus distinguere solet. Homerico opus habeam calamo, si Homeri dignitatẽ dignè velim hac in parte prosequi. Mihi tamẽ sufficit, digitum ad ipsos fontes intendisse, vnde Maiestas tua reliqua, quæ mea infantia eloqui non potest, si lubet, hauriat. Quod idẽ de Prudẽtiæ, quã Rege dignã virtutẽ dixi, tum præceptis tum exẽplis intelligi volo. Quæ licet in Iliade paßim disseminentur, at peculiare Odysseæ volumen vberius & copiosius cõplectitur, quibus etiã potißimùm destinatũ à Poëta fuit: quorũ enarratione supersedeo, ne diutiùs Maiestatem tuã ab ipsius Poëtæ lectione remorer. Quod si feceris, nihil sine exẽplo nobilißimo feceris. Alexander Magnus tanto studio Homerũ complexus est, vt totam Iliadẽ & maximam Odysseæ partem memoria calluerit, sed & emẽdaße proprio marte Iliadẽ in Geographo legimus. Ecce quãtus Imperator Poëtã nostrum amârit & excoluerit: rationem aũt amãdi, rationẽ excolendi eam demũ habuit, ꝙ eius Poësin solam verè regiã existimaret, vt Philippo patri interrogãti, cur tantoperè illi incumberet, respõdisse memoratur. Hinc Homericam Iliadẽ semper cũ pugione sub puluino eum repositã habuisse prodidit Onesicritus, quã etiam precioso illo Persico Narthecio includere posteà solitũ referunt. Idem studiũ circa hunc Vatẽ in Cassandro Macedoniæ Rege fuisse tradidit Caristyus. Tantũ ergo tibi Vatẽ offero, Rex illustrißime, qui se satis ex superioribus argumẽtis, suaq; lectione dignũ tua Maiestate prodet. Addidi nõnullos meos in eum Cõmentarios, eos quidẽ nullius per se momẽti, sed lõgo satis & accurato, quantũ in me situm est, labore cõscriptos. Quos tibi eò gratiores esse opto, quò primus hoc scribẽdi genere vtrumq; volumen Homericũ perpetuo contextu exornaui, idq; præter vulgatũ in hunc Poëtã scribentium morẽ, qui cùm in verborũ enucleatione maximè occupentur, ego res ipsas attentione dignas potißimùm tractaui, vnde etiã aliquid amplius reliquis præstare poterã, si iuuenili meo feruori maturitas iudicij & rerũ experientia, quæ nõ nisi longa ætate cõparatur, affuissent. Vt vt se res habeat, quod hac in re potui, id volui totũ tuum esse, vt si facultas illa magis in reliquis meis studijs adoleuerit, eundẽ animum & voluntatẽ eò magis aucturũ iri intelligas: cuius vt in præsentia rationẽ duntaxat habeas, summis precibus à tua Maiestate flagito: quam Deus Opt. Max. in longos annos tuis subditis & Ecclesiæ Christianæ protegat & conseruet. Vale Rex Illustrißime, & Mecœnas clementißime. Basileæ Rauracorum 12. Iunij, anno 1583.

Regiæ tuæ Maiestati
addictissimus
Ioannes Spondanus.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΕΝΝΕΑΣΤΙΧΟΝ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΝ.

Οἱ μέν σοι, βασιλεῦ, ἵππους περιφέρουσιν Ἴβηρες,
Οἳ δὲ κυνῶντας ὠκυτάτους, ὃ δὲ δίπλακας ἱστούς,
Μαρμαρέους τ' ἐσθῆτας ἄγει, ὃ δὲ πλοῦτον ἄπειρον,
Χάλκόν τε, χρυσόν τε, πολύκμητόν τε σίδηρον,
Καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ἄλλοι. τοιοῦτον σοὶ δ' ἐγὼ οὔθεν
Νὴ Δί' ἄγω, κενεός τε ὅμως οὐκ ἔρχομαι, ἐπειδὴ
Λώϊα δῶρα φέρω, καὶ δὴ χαριέστερα κείνων
Τίς θάμβει; τὶς δὲ φθονέει; σὺ δ' ἀοιδὸν ἀοιδῶν,
Ἔξοχον, ὦ βασιλεῦ βασιλήων ἔξοχε, λῆψον.

Ἐν Σπονδαῖς Πίστις.

ANAGRAMMA NOMINIS REGIS NAVARRAE MECOENATIS mei Clementissimi.

HENRICVS BOVRBONIVS.
HIC BONVS ORBI NERVVS.

EXere pacatos, mitis RHamnusia, vultus,
Nec iura libertatis huic vati eripe.
Aut sta torua: meæ præsagia prodita menti
Securus animi, & conscius veri eloquar.
ILLE *Meus summo Mecœnas gratus Olympo,*
Sceptrum Nauarræ qui valida quatit manu.
Ille orbi columen dabitur tandem: HIC BONVS ORBI
NERVVS *perituro, si quid vnquam hinc auguror,*
Debetur. Neruis stant membra valentibus, isto
Valente NERVO *hic stabit* ORBIS *integer.*
Huic igitur NERVO *tantas, Deus optime, vires*
Largire vt hic & ORBIS *iste non ruant.*

IOANNES SPONDANVS
faciebat.

PROLE-

PROLEGOMENA
IOAN. SPONDANI IN
HOMERVM.

INSTITVENTI mihi, pro veteri & constanti doctorum omnium authoritate recepta consuetudine, nonnulla in Homerica Poëmata præfari, ne quis nos illotis, vt aiunt, manibus rem tam sacram attingere criminaretur, obiectum iri à multis præsentio, me inanem & superuacaneum laborem moliri qui post tam diligentem & sedulam tot eruditissimorum hominum messem, aliquam mihi spicilegij faciendi copiam restare putem: porrò frustra me in re iam peracta denuò agenda desudare. Quibus ego, si modò minus morosam aurem mihi accommodauerint, duabus rationibus satisfactum volo. Primùm quòd sicut in Olympijs certaminibus non vni tantùm aut alteri in eodem currendi stadio facultas concedebatur, ita in hoc literario curriculo omnibus liberè & æqualiter vnum eundemque carcerem esse reserandum, nemo homo est, nisi aut quem inuidiæ flamma detorruerit, aut quem Bœotico natum aëre suspiceris, qui hactenus negauerit. Secundò quòd mihi ab illa diuturna consuetudine (quam legis vim obtinere intelligunt qui iureconsultorũ volumina vel ab ipso limine salutarunt) temerè non fuit recedendum. Vtut se res habeat, non dubito quin hæc nostra quantulacunque commentatio in studiosorum commodum redundatura sit. Cæterùm leuibus & maleuolis quibusdam ingenijs Pythagoræum illud vel Orphicum occino, φθέγξομαι οἷς θεμίς ἐστι, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι. Tu quisquis placidiore ac clementiore natus es sidere, faueto lingua: Imò illud Platonicum παρῳδοῦντες limini Homerico, κακόζηλος οὐδεὶς εἰσίτω, inscribamus.

In hac ergo præfatione tria potissimùm mihi facienda propono Primùm de Poëtica in genere disputabimus Secundò de Homero, hoc est, de Homeri vita & scriptis agemus. Tertiò instituti nostri in hac editione causas & rationem exponemus.

DE POETICA.

Acturus initio de Poëtica, duo præstanda mihi esse satis intelligo. Vnum quidem, Aristotelica methodo, in conuellendis & infirmandis argumentis quibus tam solidam scientiam nonnulli expugnare conantur. Alterum in eius origine & dignitate explicanda. Quorũ prius longè mihi facilius posteriore esse exploratissimum habeo, illamq; lubentiùs prouinciam quàm istam suscepero. Sed quia sine magna Poëtices iniuria alterum caput ab altero diuelli nõ potest, tantam iniuriam tam periculosa diuulsione illi ne infligam, facta vtriusq; quodammodo societate, efficiam. Cui oneri licet me imparem omni ex parte facile confitear, tamen & æquitate causæ, vt scientiæ præstantia nescio quomodo tacitum mihi robur & occultas vires suffici sentio, vt victoriam ex illo certamine, & applausum ex hac laudatione apud æquos rerũ æstimatores planè mihi polliceri, siue verè, siue arroganter audeam. Enimuerò mea multũ interest hac ratione consumptam in hoc opus Homericum operam cuiuis probare, dum intelligat me oleum & operam non perdidisse, qui rem tanti momenti tantæq; dignitatis hactenus tractauerim. Atq; vt tam confidentes gladiatores, omni tamen exuta iracundia, & illum potius Aiacis in Hectorem prodeuntis vultum præferentes, in arenam, licet multorum anteà calcatam vestigijs descendamus, cũ istis Poëtices aduersarijs congrediamur, quibus illam ictibus petunt? Sed primùm videamus quo animo concitati tantopere in Poëticam inuehantur, mox eorum petitiones longè minore negotio excedemus. Illum ego sanè animum pro aduersariorum diuersitate diuersum quoq; statuo. Quidam enim præ mera ignorantia, quidam præ maleuolentia tam infensos & implacabiles illius hostes se gerunt. Res ita omnino se habet. Pleriq; curriculum istud literarium ita ingrediuntur, vt illud leui cursu quodammodo delibare possint, & vix ipsis carceribus egressi, aut longitudine stadij perterriti, aut ignauiæ suæ sibi optimè conscij pedem celeriter referentes, aut si paulò vlteriùs progrediuntur tam inconsulto & præcipiti deuoluuntur impetu, vt aut in medio defatigata sistant vestigia aut in ipso etiam metę flexu disruptis rotis turpiter & miserè concidant Hinc illi pro palma dedecus nacti studium istud quidẽ planè non abijciunt, sed cùm id quod voluisse eos cõstat iam quoq; non potuisse constet, id solùm quod potuerunt, volunt & amplectuntur, reliquum non solùm aspernantur, sed asperrimè etiam insectantur. Hi sunt quos maleuolentia ductos Poëtices hostes proponebam. Quos verò ignorantia, illi partim in eorum albo sunt referendi, partim generalius pro ijs qui vniuersum literarũ studium vellicant, accipiendi. Hos ego quidẽ in præsentia refellere non institui, quia sine dubio eos quiuis cordatus planè excordes facillimè iudicabit, qui vitæ, qui Rerumpublicarum, qui totius deniq; orbis columina rescindere moliuntur. Porrò excors ipse meritò censendus si cum huiusmodi Laruis, in quibus nihil solidum, nihil stabile, firmum nihil reperias, luctari velim. Ad eos potiùs nos cõuertamus, qui, cũ eruditionis, & doctrinæ gloriã ex literis aucupentur, plausibile videntur de Poëtica ferre iudicium, qui illã studiorũ cancellis eliminãt, explodunt, exibilant. Vulgatũ est enim, Cuiuis perito artifici in sua arte credi: proinde personati isti literatores gratiã & authoritatẽ quandã promereri possunt cùm hanc literaturæ partẽ incusant & eijciunt quasi id minimè facturi videantur, si dignã quæ excoleretur, ac in eo retineretur ordine, existimarent. Et hac quidẽ iudicandi temeritate fidẽ apud imperitos non leuẽ consequũtur. Nos detectis illorũ fraudibus hãc fidẽ illis adimamus, euellamus, eripiamus. Agite ergo, viri optimi, quib machinis hanc artẽ oppugnatis, quibus arietibus quatitis, quibus testudinibus subruitis? Eia in hac arena, vos in oppugnanda, nos in propugnanda Poëtica alacriter digladiemur Nõnulli vestrûm, cũ quibus in præsentia tantũ manus varijs ijsq; grauissimis de causis, cõserã, Poëticę nostrę eo nomine insultãt, quòd minus vtilia ad rerũ administrationẽ tractet, hoc est, quòd ex istis Poëtarũ delirijs (ita enim appellare non veremini) nihil emolumẽti in Rempublicam redundet, nulli fructus quos illa possit excerpere, profeminentur. Ecquid enim, dicitis, indigent huiusmodi adminiculo negotia publica? Nunquis peritè aut prudenter illa non moderabitur, nisi qui in hoc Poëtico puluere diu sese volutauerit? Quorsum pertinent illæ fabularum coaceruationes, quæ aniles potiùs nugæ quàm eruditorum scripta dici possunt? Apage

ergo

ergo hoc superfluum studium è Republica, apage inanes, futiles, putidas deniq; istas occupationes, & viro graui ac in serijs versante penitus indignas. Amabo vos, viri optimi, furere tandem desinite. Quid si præstantissimas quasuis Respublicas à Poëtis institutas, informatas, exornatas, ad florentem deniq; statum perductas docuero? Et rem quidem altiùs, hoc est, ab ipsius Poëtices origine, quam paulò pòst attingemus, impræsentiarũ ne repetamus, quis rogo septem gemina porta celebres Thebas Bœotias condidit? Philostratus in imaginibus respondebit Amphionem condidisse. Fuit autem Amphion ille cui hieroglyphici nostri lyrá ab Apolline Dioscorides, ni fallor, Grãmaticus, à Musis Antimenidas, & Pherecydes Syrius, à Mercurio traditam Myron Byzantius scripserunt. Lyram autẽ symbolum esse diuinæ illius Poëtices vel lapides ipsos credituros, nedum eos qui horum mysteriorũ vel leui cognitione tincti sunt, omnino mihi persuadeo. Et rectè. Siquidẽ hic noster Amphion memoratur lyram cantui maritasse (cùm primus Thamyras sine voce cecinerit) quod nihil est aliud quàm si dixeris eum diuina sua Poëmata illo instrumẽto Musico modulatum esse. Qua ratione animos hominum illius sæculi duriores & asperiores emolliuit ac perpoliuit: quod vt mysticè postmodũ scriberetur, traditũ est eum cãtu suo saxa & lapides traxisse. Quod Vitruuius de affatus (ita enim loquitur) suauitate, qua homines rupium incolas, & incultis moribus rudes, ad obsequij ciuilis pellexerit disciplinã interpretabatur, cui ferè subscribunt locupletissimi testes Palæphatus, Macrobius, Horatius. Neq; hîc vllus cauilletur Musicũ fuisse hunc Amphionẽ, quòd Plinius Musices eum inuentorem & modorũ Lydiorum faciat, Iulianus verò apud Suidam antiquæ Musicæ (quanquã istam inuentionẽ Olympio cuidam Mysio Clemẽs & Eusebius tribuant) nequis, inquã, sic cauilletur: siquidẽ, vt præmonui, nũquã fuit vt Poëticè à Musica disiungeretur, quas & ortu, & familiari, vt ita dicã, conuictu germanas appellare possis. Vnde nõ omnino imperitè Grammaticorũ scholæ carminis originationem à cantu deriuarũt. Fuit ergo Poëta, fuit Musicus præstantissimus Amphion, & hunc Poëtam hunc Musicum vrbs illa nobilissima conditorẽ venditat: hoc Poëta, hoc musico tam amabilis societatis & coniunctionis authore gloriatur: hoc Poëta, hoc Musico sui moderatore superbit: huic poëtæ, huic Musico principem tantæ felicitatis, quæ ex illo hominũ mutuo conuictu emergit, causam summa & immortali cũ gratulatione acceptã refert, & hactenus perpetuis scriptorum monumentis prædicare nõ desistit. At, dicetis, tu nos, elencho manifestissimo, ijs oppugnas principijs, in quorũ veritatem nõ conspirabamus. Etenim fabulas nobis obtrudis, cùm dicis, hunc Amphionem ab Apolline, vel à Musis, vel à Mercurio lyram accepisse. Quis non videt hæc esse nefanda Poëtarum vestrorũ commenta & qualia pijs nostris auribus insusurrari non debeant? Manete. Illuc ibam. Satis hanc narrationis asperitatem emolliebam, cùm eius authores hieroglyphicos appellaui. Qua voce nihil aliud intelligo, quàm eos occultè Numinis notitiam sub nominũ pluralitate expressisse. Quod longè clariùs demõstrare possum quam à Macrobio variorũ Deorũ appellationes ad vnicũ Solem referri demonstratũ sit. Nõ assero tamẽ, id veteres illos Ethnicos perspicuè intellexisse, sed neq; etiam nego in illa mysteria ex Ægyptiacis peregrinationibus quosdã lynceis oculis penetrasse: quanquam neq; illi quidem verum scopum planè sint assequuti. Id verò cõstanter affirmo vt à vero Dei cultu, qui primus fuit, adulterinus deductus est, ita in hoc illius quædã remansisse vestigia, vt saltem Numinis cognitionẽ animis inscriptam Ethnici habuerint, & licet obscuram, aliquam tamẽ, & qua teste perituros eos constat. Huius cognitionis beneficio, scientias, artes, & cætera dona animi, corporis, & quæ fortunæ appellabant, Numinis munificẽtia in mortales deriuari intellexerũt. Quod cùm nos identidẽ in Homero obseruauerimus, tum ex hoc loco de Amphione euinci potest. Vbi illud insuper accuratè notandũ, Veteres illos adeò in ista veritate Numinis exquirenda cæcutiuisse, vt singulis rebus humanis suũ ferè Numen affingerent, vt & in partibus corporis nostri aliàs à nobis obseruatũ est. Sic varios Numinis effectus, variasq; actiones pro Numinibus censuerunt. Attendite mysterium, viri optimi, quod in vestri gratiã repeto. Cùm misera illa antiquitas istã Orbis vniuersitatem sine Numinis moderatione non constare animo peruideret, illã tamen veram illius ἰδίαν verè complecti non posset, vtpote cuius notitia intra Iudaicos parietes occultaretur, corruptæ naturæ impetu factũ est, vt cùm intelligeret, Numẽ illud vbiq; diffundi oportere, at generalem istã diffusionem de vnico imaginari nõ posset, (quanquã in nostro Poëtarum Principe nescio quid tale de Ioue illo cui vel ab ipso rerũ omnium gubernacula tribuuntur, pluribus locis annotauimus) factũ, inquã, est, vt rebus omnibus suos Deos accõmodaret. Itaq; singulæ artes, singulæ scientiæ suos authores & doctores Deos in profanis istis voluminib ostẽtant, & prędicãt. Sed & ex illa gente prodire possunt Poëtæ quã plurimi, qui vel nostros Christianos, vbi tanta Atheorum hominum multitudo disseminatur, non solùm illud Numen, sed etiam vnicum illud Numen docere possint. Quid strepitis? quid me importunis vestris reclamationibus perturbatis? quid incœptum orationis meæ cursum interrumpitis? Nihil absurdi, nihil quo vestræ aures offendi debuerint, nihil contra pietatem, cuius prætextu vos me, ni fallor, expugnare conamini, protuli. Legite Eusebium, euoluite Clementem Alexandrinum, perlustrate Iustinum Martyrem, Basilium, Cyrillum, & alios sacros scriptores, quorum authoritate si illius meæ sententiæ veritatem non comprobauero, causam nõ dico, quin pro vano à vobis existimer. Sed nos nimiùm extra argumẽti nostri cancellos excurrimus. Ergo, vt eò redeat vnde tantillùm digressa est nostra oratio, nihil est quod istã lyræ dationẽ Amphioni factã idcirco repudietis, quod Dijs illis ficticijs assignetur. Vestrũ est potiùs cæcitatis illius sæculi misereri, intereà verò etiam tantam lucẽ in tantis tenebris admirari, quòd peritiam illã Poëtices & Musices nõ aliunde, quàm à Numine profluere veteres agnouerint. Vtvt sit, cõstat hunc Amphionẽ nostrum & Poëtam & Musicum Thebarum conditorem existere. Quod cùm nudè à scriptoribus efferatur, penitiùs tamen negocium illud nobis inspicientibus colligere licet eum huic nouæ genti summa cum authoritate præfuisse, sancitisq; legibus recentem istã societatem exornâsse, ac cõfirmâsse. Et hoc etiam ipsa docet historia, quæ cũ à Cadmo (quem, ni fallor, Ogygen appellat doctissimus ille Varro) vrbis illius prima iacta fundamenta dicat ab hoc Amphione splendidiùs ac magnificẽtiùs instauratam esse prodit. Iterum aures arrigite, & cùm vos Poëticæ insultare nõ defatigemini, nos quoq; in ea tuenda non defatigari lubenter patimini. Attendite igitur. Hermes ille Trismegistus nunqd Poëta extitit? Quis negauerit? Suidas id nimirũ testabitur, qui illius versus de voce & verbo Dei laudat. Sed & Zenobius Acriaiolus Poëma de terræ motibus, quod Orpheo tribui solet, isti Trismegisto vindicat. At hunc Poëtam Trismegistum Regẽ Ægypti fuisse notiùs est, quàm vt pluribus demonstrari debeat. Ergo studium Poëticæ nõ omnino à rerum publicarum administratione alienum esse iudicandum est. Imò olim illarum peritia penes huiusmodi homines fuit, qui ex hoc studio, quod in rebus diuinis maximè versabatur, quid rectum, quid honestum, quid vtile esset, optimè iudicare poterant. Neq; enim huius scientiæ dignitas ex hodiernis Poëtis nobis est ponderanda. Quotus enim quisq; nostro seculo hoc nomine dignus vobis videbitur? Sed nos huius appellationis rationẽ postmodum explicabimus, vt intelligatis, aliud esse versificatorem, aliud Poëtam: quem cùm dicis, omnem hominem, vt aiunt, dicis cui in re literaria, imò in rebus humanis, quantum mortali scire licet, nihil est abditum, nihil incognitũ.

Fuit ergo Hermes noſter Rex Ægyptius,idemq; ſummus Poëta,vel, ſi mauis,notiore vocabulo,Philoſophus, idem Sacerdos,vnde triplicis illius magnitudinis cognomen ſibi cōparauit ex quorundā ſententia:quanquam alij hoc ad altiora myſteria de Trinitate diuina transferant. Quod,vt probare poſsim,tamē in præſentia hoc non agimus. Neq; tamē exiſtimate me de illo Hermete impræſentia dicere,cuius ſcripta adhuc hodie circūferuntur. Ea enim planè adulterina ſunt,vt copiosè poteſtis ex eruditiſsimo illo viro Ioanne Goropio intelligere. Cui tamē ſi omnino aſſentiar, ne vllum quidē mortalē Triſmegiſtum fuiſſe pronunciauero. At mihi iā ſufficit vel ex iſta incerta narratione docere non eſſe clauo Reipubl. indignos Poëtas,quatenus hoc ipſum profitentur: vt etiamſi reipſa hic Triſmegiſtus homo non fuerit,tamē ſi fuiſſet cùm Poëta extitiſſe prodatur,Regiā dignitatē vel ex iſtis Poëticis dotibus promeruiſſe potuerit. Quod vt meliùs percipiatis,audite Platonē dicentē,moris fuiſſe apud Ægyptios ex Philoſophis (id eſt,Poëtis)ſacerdotes,ex ſacerdotibus autem Reges eligere. De Zoroaſte Perſomede dici hoc loco opportunè poſſet, niſi quiſpiā illum Magicarum artium inuentorem eſſe clamitaret,quas ne videamur tueri,(quanquā noui qui fuerint Perſici Magi)ex vulgi opinione quòd vim illius vocabuli non intelligit,illius cōmemoratione ſuperſedebimus. Commodiùs Hyſtaſpen ſubnectemus qui cùm poëta eſſet,Rex tamen Medorū fuit. Hunc Hydaſpen vocat Firmianus, à quo amnem quoq; Hydaſpen appellatum dicit,eumq; ſub pueri vaticinantis interpretatione ad memoriam poſteris tradidiſſe ſublatum iri ex orbe nomen Imperiumq; Romanum,& id multò antè præfatus,quā illa Troiana gens cōderetur. Neq; hîc obijciendum,non exprimi Poëtæ appellationē,nam nos Oracula illa non ſolita niſi verſibus reddi ſatis exploratum habemus. Quid dicemus de Dracone qui etiā inter Poëtas recenſetur? Is,vt ſcribit Gellius, fuit Athenienſis,vir probus,& multa prudentia præditus,iuriſq; diuini & humani peritus(idem eſt ac ſi Poëtā vnico dixiſſet vocabulo)primuſq; omnium leges tulit, quibus Athenienſes vterentur: videtis incrementū Athenienſis Reipub. à Poëta ducere originem? Sed quia ille ob ſeueritatem legum,quas Demades orator non atramento,ſed ſanguine ſcriptas dictitabat,minus vobis probabitur,ad Solonem tranſeamus. Quantus ille,quæſo,Poëta,extitit? Hæretis? At diuinum Platonem audite,apud quem Critias in Timæo aſſerit ſi ſeriò Poëticam excolere potuiſſet, neq; illi tot eſſent ex patrijs ſeditionibus obiecta impedimenta,futurum eum ipſo Heſiodo & Homero inferiorem nō fuiſſe. At quo pacto hic Poëta Athenienſem Rempublicam adminiſtrârit,quàm egregijs legibus exornârit,nemini ob tanti viri celebritatem & ſplendorem ignotū aut obſcurum eſſe ſuſpicor. Eius ſanè Elegias plurimùm cōmendant Ariſtoteles, Ariſtides,Pauſanias: qui addit vehementes & incitatos fuiſſe vt eo carminis genere Athenienſes aliquando ſint ad bella inflammati. Nimirū præſtantiſsimum & minimè vulgarem Poëtam eſſe oportuit,qui ex Ægypto longè doctior, & rerum diuinarum cognitione non leuiter inſtructus redierat. Videtis iterum Poëtas etiam ad magnificam & beatam illam rerumpub. moderationē ſolitos admitti? Quid attinet Pittacū illum Mitylenæum cōmemorare, qui ſexcentis elegis ciuibus ſuis leges conſcripſiſſe traditur? Annon Poëta ille aliquandiu patriā ſuā tyrannus rexit,quāuis ea dignitate poſteà ſponte ſeſe abdicauerit? Fuit etiam Periander Tyrānus Corinthius nō vulgaris poëta. Quid? nonne ipſe Anacharſis Scytharū Regis frater leges verſib deſcriptas genti ſuæ proponere voluit? vnde colligo hunc etiā poëtam quaſi conſortem fratris in Regno illo extitiſſe,vt neq; barbara etiam illa natio Poëtas à publicis negotijs exſibilauerit. Satiſne locupleti exemplorum congerie Poëtas quoq; non eſſe egregio illo veſtro rerum moderamine indignos perdocuiſſe vobis videor? compertū habeo mihi non cū pertinacibus ingenijs eſſe negotium, à quibus longè difficiliùs hanc confeſsionē quàm ex quouis ſicco pumice aquam expreſſero. Imò,niſi me fallit animus,quāta vocis contentione fieri poterit,clamabitis me Anthericum metere,aut ex arena funiculum nectere,qui hoc vobis eā ratione perſuadere nitar. At vos pro libidine magis ac magis obdureſcite,ego hoc ferrum iſta incude tundere finē non faciam,donec illud aut remolleſcat,aut ſe planè intractabile profiteatur, in quo nō tā mea imbecillitas quàm nimia illius duritas culpari poſsit. Ergo nobis non ſufficit oſtendiſſe me Poëtas quoq; clauū illum Reipub. attrectaſſe. Quod vt fateamini,ſiquidem hiſtoriæ veritatem veſtrûm non eſt refellere,tamen non conceditis eos Poëtices beneficio illud honoris faſtigium conſcendiſſe. Id verò ego minimè vrgeo,ſatis enim mihi eſt oſtendere eos illius ſcientiæ gloria fuiſſe decoratos,quanquam, Ægyptiorum conſuetudo,quàm ex Platone repetebamus,id ipſum euincere videatur. Sed quia vetuſtiſsima illa Poëtica,quæ ex maxima parte fuit Theologica,cæteroqui omnis ſecretioris eruditionis domicilium,in deteriorem quodammodo degenerauit,cùm ab illa γνησιότητι,vt ita dicā,longè deſciuerit, de ea loquamur quæ nobis eſt cognita,& de qua vos intelligere percipio. Videamus ergo an ſcripta noſtrorū Poëtarum,quos nugarum ſentinas fortaſſe vos nuncupatis,ad eā ipſam Rerumpub.adminiſtrationē cōducant:quòd vos hactenus negatis & nulla poteſtis ratione concoquere. Atqui ego id tam manifeſtè docebo,vt qui tam ſplendidā lucem non videbit,lollio victitaſſe atq; ipſius talpæ vel leberidis cæcitatem longè ſuperaſſe exiſtimari poſsit. Qui publica negotia capeſſere inſtituunt,duo ſibi adminicula comparare debent: Vnum eſt morum,alterum ipſius Politicæ ſcientiæ. Sub morali pietatem(quod ſummum eſt Rerump.columen)intelligere potui, ſed quia ex purioribus Spiritus ſancti fontibus illam hauriendam eſſe ſtatuo de illa impræſentiarum plura dicere mihi temperabo. Quanquam illius nitidos quoſdam riuulos in hanc noſtram Poëticam illinc deriuatos facile ſit deprehendere. Et vt tandem hoc vobis perſuadeamini,non grauabor inſigniores quoſdam locos huius argumenti excerpere. Vultis primùm Deum potentem vobis à Poëtis exprimi? Audite Homerum noſtrum:

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε ὅππως κεν ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων,

id eſt (nam veſtrum pleroſque iſta aliôqui non intellecturos ſcio) *Iupiter virtutem viris auget & minuit* *Prout voluerit. Ille enim potentiſsimus eſt omnium.*

Δαίμονι ῥέξαι πᾶν δυνατόν, *Deo omnia factu facilia*, inquit Callimachus.

Hæc de plurimis paucula ſufficiunto: quam breuitatē in reliquis etiā cōſectabimur. Vultis ſapientē? Orpheus Deū:

ἐπιστάμενον τά τε ὄντα ὅσσα τε πρόσθεν ἔην, ὅσ' ἔσονται ὕστερον αὖθις,

Scientem præſentia, præterita, & futura appellat?

σοφὸν Θεὸν, *Sapientem Deum*, Euripides. Vultis veracem?

ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα *Mentiri neſcit os*
τὸ Δῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ, *Diuinum, ſed quæ dicit perficit omnia*, inquit Æſchylus.

Quid quod Pindarus Veritatem Iouis filiam prædicat? Vultis bonum?

τὰ τοῦ Θεοῦ μὲν χρηστὰ, *Quæ à Deo ſunt, bona ſunt*, inquit Euripides.
κακῶν ὁ Θεὸς οὔποτε αἴτιος, *Deus nunquam eſt cauſa malorum.*

inquit Lyricus apud Clementem. Vultis iuſtum?

ἔχει Θεὸς

—— ἔχει Θεὸς ἔκδικον ὄμμα — *Deus habet oculum iustum*, inquit Homerus.

Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditq; & videt: Benè merenti benè profuerit, malè merenti par erit, ait Plautus. Vultis misericordem? *Flectitur iratus voce rogante Deus*, inquit Naso.

Vultis incorporeum? Hîc verò attentos vos esse postulo.

χώριζε θνητῶν τὸν θεὸν, καὶ μὴ δόκει	*Seiunge à mortalibus Deum neq; existima*
ὅμοιον ἑαυτῷ σάρκινον καθεστάναι,	*Similem tibi ipsi ac carneum esse constituendum.*

ait Aeschylus apud Clementem. Et rursus apud eundem Xenophanes:

εἷς Θεὸς ἔν τε Θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος	*Vnus Deus inter Deos & homines maximus*
οὔτι δέμας θνητοῖσιν ὁμοίϊος, οὐδὲ νόημα	*Neq; corpore mortalibus similis, neq; mente.*

Iam verò cùm Orpheus Deum principium & finem omnium vocat, quomodo vobis loquutus videtur? Audite illum apud Eusebium:

—— ἐστὶ δὲ πάντη	—— *Est ubique*
αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ	*Ille cœlestis* (Deus) *& in terris omnia perficit*
ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, καὶ μέσσον, ἠδὲ τελευτήν.	*Principium continens, medium & finem rerum.*

Vultis omnium largitorem?

Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ· δύναται γὰρ ἅπαντα,	*Iupiter bona & mala largitur:* Omnia enim potest.

inquit Homerus. Et Pindarus:

Ζεὺς τάδε καὶ τάδε νέμει,	*Iupiter prospera & aduersa largitur,*
Ζεὺς ὁ πάντων κύριος.	*Iupiter omnium dominus.*

Cultum porrò diuinum quis meliùs his versibus docet, quæ sunt apud Suidam:

εὐσεβεῖν δεῖ τὰ πρὸς Θεόν. ὡς τ' ἄλλα πάντα	*Pium erga Deum esse oportet.* Omnia enim alia
δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς.	*Pietati postponit pater Iupiter.*

Quid? illud apud Stobæum:

δίκαια δράσας, συμμάχου τεύξῃ Θεοῦ.	*Iusta faciens, Deum auxiliatorem consequêris:*

illud, inquam, nónne Christianum animum spirare vobis videtur? An'non ista sunt vera pietatis in nostra Poëtica præcepta? quæ, vt dixi, concisiùs propono, tum quia illa aliunde cōmodiùs peti possunt, tū quia hoc πάρεργον non fuit εἰς ἔργον vsurpandum. Quantulacunq; tamen illa sunt, satis probant non planè sine pietatis fructu legi nostrorū Poëtarum volumina, quod siquis vestrûm diligentiùs fecerit, futurum spero vt cum istis Musis, à quibus hactenus tā auersi estis, pacem & concordiam ineatis. Nec inficias eo his tam salutaribus Poëtarū præceptionibus perniciosa multa immisceri, vt meritò cum Polypi capite Poëtica cōparari possit, sed nostri est muneris & officij rectà à prauis summo cum iudicio discernere. Quod satis ex ipso Plutarcho intelligetis in lib. de aud. Poët. Nunc superiora illa adminicula, quibus instructū eum esse oportere dicebamus, qui negotiorū publicorum administrationē capessere molitur, repetamus. Vnū igitur erat morum, alterum Politiæ. Vnde tum ἠθικὴ tum πολιτικὴ solùm, altioribus relictis, tota erit ista nostra disputatio Porrò sic statuo, ei qui illa in parte seriò versari voluerit & cum laude, cum gloria, cū vtilitate illo defungi munere, in hunc scopum attentè collimandū, vt in probum & benè moratum virū euadat, id est, vt absolutā illam quantū in humanis absoluti esse potest, virtutis ἐντελέχειαν adipiscatur, quæ ei ad omnes actiones facem, nō secus ac Minerua Homerica, præferat. qua si caruerit, funesta caligine totā Rempublicam obscurabit, cœlumq;, vt dicitur, terris permiscebit. Iam quis illā meliùs docet, quàm Poëtica? Duæ sunt autem perfectæ docendi viæ: Vna quidem præceptis, altera verò exemplis. Ethica præcepta ex poëtarum libris, Deus bone, quàm vberrimè fluunt, quàm copiosissimè excerpuntur? Exempla verò virtutum vbi frequentiora reperturum te putas? Illam rationem docendi primùm expendamus. Virtutes igitur crassiusculè (si crassiusculè hoc fieri appellatis, quod duce illo Peripateticorū principe fit) attendamus: quas cùm partim ἠθικὰς, partim διανοητικὰς ex illius Philosophi doctrina esse intelligamus: τῶν ἠθικῶν, id est, moraliū species esse nouem eodē magistro didicimus. Animi enim motus ab externis obiectis in homine animali politico dupliciter cōsideratur, vt perspicuè, ac elegantissimè clarissimus & doctissimus ille Aristotelis Interpres Theod. Zuingerus tradit, dupliciter, inquā, vel respectu ipsiusmet hominis hoc præditi: vel aliorū. Ex illo motu homo vel in futurū ad confidendū inducitur, vel ad diffidendum: & motus est vel θάρρος vel φόβος: quorū motuū moderationi præest FORTITVDO. Vel in præsens bonorū fruitione delectatur, Malorum perceptione tristatur: & motus est vel λύπη, vel ἡδονή. Obiecta rursus agere videntur vel in corpus, vel in animum. In corpus: Sic λύπην & ἡδονὴν σωματικὴν moderatur TEMPERANTIA. In animum: ἡδονῶν καὶ λυπῶν ψυχικῶν obiectum consideratur vel per se, vel respectu hominū quibus cum conuersatur. Per se vt bonum vel malum est externum, in censum veniens tum diuitiarum: Quas moderatur LIBERALITAS & Magnificentia: Tum honorum, circa quos occupatur MAGNANIMITAS. Conuersatio quotidiana consideratur ratione eorum, quæ illam possunt tollere, aut fouere. Tollere vt iræ & inimicitiæ. Hæc moderatur CLEMENTIA & Seueritas: Fouere, respectu aut rerum aut personarum. Rerum veritatis videlicet quam moderatur INTEGRITAS Personarum, nempe Iucunditatis. Hanc moderatur in seriis POPVLARITAS, in ludicris VRBANITAS. Motum illum præterea dicebamus considerari in homine respectu aliorum, nempe quibuscum viuit æqualiter vel inæqualiter. Et hæc est IVSTITIA. Illa, inquam, Iustitia, quā vos, viri optimi, aut vestrûm pars maxima tantopere vobis vendicatis, cuius etiam præcepta à nostris Poëtis diuinè traduntur. Qua parte hoc studium vestro non esse deterius postmodum videbitis, etiam si Lemæ essetis, vt aiunt, Saturniæ. Virtus deniq; διανοητικὴ quæ nimirum ab ratione & cogitatione proficiscitur, est PRVDENTIA. De singulis illis itaq; virtutum generibus Poëticè agamus, ac primùm de FORTITVDINE, quæ quàm sit homini Politico necessaria, nemo est vestrûm (opinor) qui nesciat, vt id mihi pluribus non sit demonstrandum. Fortitudinem igitur spectamus quatenus versatur circa res bonas vel malas. Copiosiorem autem & magis perspicuam huius virtutis & aliarum doctrinam ex Ethico Philosopho, qui voluerit, repetat. At in Poëtis variè disseminata illius solùm præcepta attendat. Primùm ergo quicquid homini acciderit, ferendum esse docent:

—— ἔοικε δὲ θνητὸν ἐόντα	— *Decet mortalem*
πάντα φέρειν, ὁπόσ' ἐσθλὰ διδοῖ Θεός, ἠδ' ἀλεγεινά.	*Omnia ferre siue bona dederit Deus, siue mala.* inquit Calaber:
τὸ φέρον ἐκ Θεοῦ καλῶς	*Quod à Deo constitutum est, id rectè*
—— φέρειν χρή.	— *Decet ferre.* ait Sophocles:
τὸν ἀληθῶς ἄνδρα ἀγαθὸν, καὶ τἀγαθὰ	*Viro verè generoso tum bona*
καὶ τὰ κακὰ δεῖ πταίοντα γενναίως φέρειν.	*Tum mala, si lapsus fuerit, fortiter sustinenda sunt.*

ait Menan-

ait Menander. At Philemon:

ἐνταῦθ' ἀνὴρ γὰρ ἐστιν ἀνδρὸς διάφορος — *In hoc enim vir viro præstat*
ἐν τῷ τό,τι κακὸν εὖ φέρειν καὶ τἀγαθόν. — *Quod & bonum & malum benè ferat,*

Vos,qui hæc auditis,patimini me apiculas imitari, quæ non integros flores excerpunt, sed mellificum illum succũ ebibunt,id est,vel minimam florum portionem.Ita dum hæc γνωμολογικὰ Poëtarum percurro,nihil aliud quàm summis vestigijs nec fixo pede percurro,ad ipsos tantùm fontes digitum intẽsurus,quò sitim suam restinguere qui volet illis penitus se proluat.Pergamus tamen aliquantulum in hac FORTITVDINE Poëtica. Calamitates fortiter tolerandas superiora quidem docebát, sed confusè, cum ijs quæ prosperè succedunt, in quibus ferendis non minus quàm in aduersis virtus illa elucescit. Nunc de calamitatibus seorsim, sed riuulum vnum aut alterum de tanto Oceano deductum,

ἀνδρὸς γὰρ πινυτοῖο,καὶ ἄλγεα πόλλ' ἐπιόντα — *Viri prudentis est multos licet grauesq; dolores*
τλῆναι ὑπὸ κραδίῃ στερεῇ φρενὶ μηδ' ἀκάχησθαι. — *Ferre forti animo,neq; mœrorib.concuti.* ait Calaber:
ἐνεγκεῖν λύπην καὶ βλάβην ἐρρωμένως — *Res ferto acerbas atq; damna fortiter.*

ait Menander. Quid illa Venusini Lyrici:

——viuite fortes — Et,*Rebus angustis animosus atque*
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus: — *Fortis appare.* nonne Politico homini rectè præcipiũtur? Sed audite quo pacto hominibus illa FORTITVDO contingat. Dei nimirum munere:

κεῖνται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονα ἀνδρῶν. — *Fortitudo mortalium à Deo est.* inquit Pindarus.

Ergo non acquiritur cõsuetudine illius habitus,vt voluit falsò Aristoteles.Verè enim & piè noster Pindarus à Deo esse illam prædicat,& vos sanè,ni fallor,hæc nunquam legistis: alioqui cur vestris conuitijs tam miserè nostra Poëtica proscinderetur? Audite plura vestræ inscitiæ testimonia. Ille chorus Euripideus cùm speraret victoriam futurã penes Athenienses in iusta causa pugnantes contra Thebanos,cùm hæc pronunciat:

Ζεύς μοι ξύμμαχος,οὐ φοβοῦμαι, — *Iupiter mihi auxiliator,non metuo:*

quo ore nisi planè diuino loquutus vobis videbitur? Quid illum alibi apud eundem Euripidem dicentem

—— Ἡ ῥώμη οὐδὲν φέρει — *Fortitudo nihil prodest*
βροτοῖσιν,εἰ μὴ τὸν θεὸν ξύμπονον ἔχει. — *Hominibus,nisi Deum opitulantem habuerit.*

an nugatorem(quales vos esse Poëtas proteruè iactatis)redolere existimabitis? Cùm Seneca dicit:

Nulla vis maior pietate vera est, nónne conuincit perutilem esse Poëticam, quæ tam pia & sancta nobis præcepta fortitudinis suppeditet? At Homeri nostri penè non sine flagitio eram oblitus,qui fortitudinem bellicam Dei auxilio indigere prædicat his verbis:

——Οἷσι πατὴρ Ζεὺς κῦδος ὀπάζει — *Quibus pater Iupiter gloriam concedere vult,*
κείνων τοι πάντων βέλε' ἅπτεται,ὅστις ἀφείη, — *Illorum omnium tela tangunt,quisquis illa mittat*
Ἤ κακὸς,ἢ ἀγαθός,Ζεὺς δ' ἔμπης πάντα ἰθύνει, — *Siue ignauus,siue fortis,cùm à Ioue omnia dirigantur*
Ἐχθροῖς δ' αὔτως πᾶσιν ἐτώσια πίπτει ἔραζε. — *Hostium tela contrà irrita humi decidunt.*

Cui loco similis est ille alibi cùm dicit:

Ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέπερ ἀνδρῶν, — *Semper mens Iouis præstantior est hominum mente,*
Ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ καὶ ἀφείλετο νίκην, — *Qui & fortem virum terret,& ei eripit victoriam,*
Ῥηϊδίως,ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνησι μάχεσθαι. — *Facilè aliquando verò ad pugnandum incitat.*

Quid aliud,quæso,hæc docent quàm frustrà proprijs niti viribus mortales, nisi illas diuinum auxilium fulciat, & sustentet? Et vos Poëtas tam piè loquutos,tam impudenter ex Rebuspublicis eijcietis? At si æquitatis nostræ ratio vlla habeatur,vobis è vestigio illarum clauus manibus excutietur, qui tam necessarios & vtiles doctores illis inuideatis. Egimus de FORTITVDINE. Sequitur TEMPERANTIA,qui habitus circa voluptatem Veneream & alimentarem occupatur:viro Politico tã digna virtus,quàm quæuis alia. Illius præcepta numerosa sunt ac penè infinita sparsim in Poëticis voluminibus. Nos pro nostri instituti ratione pauca delibemus. Primùm qualis & quanta est illa laus temperantiæ in Menandri Monostichis cùm dicit:

Ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστι σωφροσύνη μόνη. — *Est temperantia sola virtutis penus.*

An non hoc est ad illam amplectendam maximum incentiuum? Itaq;

Δώρημα κάλλιστον θεῶν, — *Pulcerrimum Dei donum,* illam appellat Euripides: quã idem,vt vult Plutarchus,vel Menander, vt Stobæus, οὐδὲν πρεσβύτερον nihil præstantius aut antiquius esse pronunciat. Quid illud Flacci?

Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas,

nónne egregium vobis temperantiæ præceptum videtur? Eodem spectant illa Anaxandridæ:

Μηδέποτε δοῦλον ἡδονῆς σαυτὸν ποίει· — *Nunquam seruum voluptatis te facito,*
Λάγνης γυναικός ἐστιν,οὐκ ἀνδρὸς τόδε. — *Libidinosæ mulieris est hoc,non viri.*

Iam specialiùs ista consideremus. Temperantia tum in Venerea tum in alimentari voluptate versatur: Illa propriè Castitas,& Pudicitia hæc Abstinentia & Frugalitas dici potest. De castitate quàm optimè Phocylides vetat:

Μήτε γαμοκλοπέειν,μήτ' ἄρσενα Κύπριν ὀρίνειν, — *Neq; furtiuis nuptijs vacare,neq; Venerem obscœnam exercere.*
Et alibi: Μηδέ τις ἀμνήστευτα βίῃ κούρῃσι μιγείη, — *Nequis sine desponsatione violenter puellis misceatur.*
Rursus. Μηδ' ὑβρίζε γυναῖκα ἐπ' αἰσχυντοῖς λεχέεσσι — *Neq; infamia affice vxorem per turpes lectos.*
Μὴ παραβῇς εὐνὰς φύσεως ἐς Κύπριν ἄθεσμον. — *Neq; transcendas naturæ metas Venere illicita.*
Μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικὸς ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον. — *Neq; amore mulieris totus diffluas perdito,*
Οὐ γὰρ ἔρως θεός ἐστι, &c. — *Non enim amor Deus est.*

In eius porrò temperantiæ laudem exclamat Chorus Euripideus:

Φεῦ φεῦ,τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν — *Papæ! Pudicitia vt vbiq; honesta*
Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται. — *Et gloriam bonam apud mortales acquirit.*

Ex eadem temperantia laudatur Hippolytus ab eodem Euripide,vt meminit Stobæus. Tempus me deniq; deficiat antequàm hunc locum,si omnia Poëtarum abdita perscrutari velim, planè absoluero. Pergamus ad Frugalitatem quàm varijs itidem locis Poëtica commendat. Audi enim Palladam apud Stobæum:

Γαστέρα μισεῖ ὁ θεός,καὶ βρώματα γαστρός· — *Ventrem odit Deus,& epulas ventris:*
Εἵνεκα γὰρ τούτων σωφροσύνη λύεται. — *Horum enim gratia temperantia soluitur,*

Quàm sit autem vtilis, ex contrarij vituperatione docet Crates, cùm dicit:

Ὅσις δὲ μὴ γαστρὸς κρατεῖν ἐπίσταται,	*Quicunq; ventri imperare nescit,*
Οὗτος τὰ πλεῖω τῶν κακῶν ἔχει κακά.	*Hic plura mala malis coaceruat.*

Hinc est quod tam Satyricè in *Luxuriam* Poëtæ nostri, Lucanus, Iuuenalis, Statius, Horatius & alij penè omnes inuehuntur. Pereant ergo quantumuis crassi illi & verbosi tot Philosophorũ Academicorum, Peripateticorum, Stoicorum cõmentarij: vnica Philosophia Poëtica nobis ad temperantem vitam sufficit. Succedit LIBERALITAS, & Magnificentia: quæ duo cùm de vno tantũ habitu intelligantur, tamen subiecta materia differunt, quòd illa in parua vel mediocri, hæc in magna diuitiarum possessione versatur. Iam si multùm interest Reip. ne quis re sua malè vtatur, quis dubitat quin Politici homines hac virtute maximè instructi esse debeant, vt ritè bona sua administrent, ne quid inde & ipsis & Reipub. damni importari possit? Videamus ergo vt hunc habitum doceat quoq; Poëtica. Sed quia antequam vllus illum exercere possit opib. eum affluere oportet, videndum est primùm, vt eas acquirat. Cùm autẽ Modus rerũ omniũ sit optimus, hunc in diuitiarũ acquisitione obseruari iubent Poëtæ. Audite enim Menandrum:

κρεῖττον γάρ ἐστιν, ἄν σκοπῇ τις κατὰ λόγον	*Satius est, si quis consideret, vt par est*
μὴ πολλ' ἀηδῶς, ὀλίγα δ' ἡδέως ἔχειν	*Non multa iniucundè, sed pauca iucundè possidere*
πενίαν τ' ἄλυπον μᾶλλον ἢ πλοῦτον πικρόν.	*Et paupertatem sine molestijs potiùs quàm diuitias acerbas.*

Volunt etiam iustè comparari. Vt Phocylides:

μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.	*Ne ditescas iniustè, sed ex iustè partis viue.* Sic Euripides:
ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ' ἢν βούλῃ πολὺν	*Ne comparato per nefas vllas opes*
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν τὰ δ' ἄδικως.	*Has si manere vis in ædibus diu.*
οἴκοις ἐσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.	*Nam per nefas quæsita salua non manent.*

Volunt etiam honestè acquiri: vt Hesiodus:

μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσι.	*Turpia lucra fuge, nam sunt æqualia damnis.* Et Antiphanes:
κάλλιον πένεσθαι μᾶλλόν ἐστ' ἢ πλουτεῖν κακῶς.	*Potius est honestè pauperem esse, quàm diuitem malè,*
τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ἐπιτίμησιν φέρει.	*Illud enim misericordiam, hoc reprehensionem meretur.*

Acquisitas diuitias prætereà studiosè conseruari volunt, vnde illud Nasonis:

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. Et illud Plautinum perelegans:

Qui homo maturè quæsiuit pecuniam, Nisi eam maturè parsit, maturè esurit.

& alia huiusmodi quæ de industria prętermitto. Docent etiam rationem bene & frugaliter illis vtendi, quod in precedenti virtute aliquantulum attingebamus: sed peculiariter sub titulo Temperantię, nunc generaliùs loquimur de Parsimonia, cuius aurea sunt in Poëtis præcepta. Inuidiosa vetustas Cratetis hymnum in Frugalitatem nobis abstulit, sed eius fragmentum extat satis luculentum in illis verbis apud Iulianum Imperat.

χαῖρε θεὰ δέσποινα σοφῶν ἀνδρῶν ἀγάπημα	*Salue Dea domina, sapientibus viris amica*
εὐτελίη κλεινῆς ἔγγονε σωφροσύνης.	*Frugalitas, inclyta filia Temperantiæ.*

Deam quidem appellat, quod duriusculum teretibus Christianorũ aurib. videbitur, sed hoc in Ethnico facilè tolerari anteà satis disputauimus. Vtut sit, elegans illud εὐτελίας encomiũ satis docet, rem tam pręstantem seriò esse cuiuis amplectendam. Adde Euripidem qui εὐτελίαν σοφῶν τι καὶ ἀρίστων βουλευμάτων διδάσκαλον sapientium & optimorum consiliorum magistram appellat. Flaccus verè aureè illam *Mediocritatem aureã* vocat. Sed hæc eum tantùm, qui bona possidet & ijs vtitur: Liberalitas autem & Magnificentia alios spectat: illa propriè muneraria, hæc sumptuaria impręsentiarum dicatur. Et quomodo, & erga quos, exercendæ sint, nulli meliùs quàm Poëtæ perdocent. Illud Phocylidis,

μηδέποτε χρήστης πικρὸς γίνῃ ἀνδρὶ πένητι,	*Nunquam creditor acerbus sis viro pauperi.*

Illud, inquam, quæso quàm est humanitatis Christianæ plenum? Quid verò illud Theognidis:

αἰτοῦσι δ' ἀγαθοῖς ἀνδράσι δίδου,	*Petentibus viris bonis dato:* nónne probè monet habendam

esse eorum rationem in quos liberalis ac munificus esse volueris? Et hoc præceptum maximi omnino est momenti, & quod vnicum in tota ista doctrina, quam quærimus, sufficere posse videatur. Sed pergamus. Idẽ Phocylides quo spiritu nisi pio loquutus vobis censebitur, cùm dicit:

πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον	*Si diuitias possides, tuam manum pauperib. porrige*
ὧν σοι ἔδωκε θεὸς, τούτων χρήζουσι παράσχε.	*Quæ dedit tibi Deus, de his egentibus præbe.*

O vocem non Milesio, sed Christiano Philosopho dignissimam! Et vos in damnanda Poëtica pergitis, quæ tã pios gerit spiritus? Et vos tandem aliquando tantæ impudentiæ non pudebit? Iam eadem in amicos eandem munificentiam (quod penè oblitus eram) exhiberi vult, atq; adeò eam immortalem esse prædicat: idq; vel solus Martialis (non tantæ alioqui apud me autoritatis ac pleriq; alij)

Extra fortunam est quicquid donatur amicis, Quas dederis, solas semper habebis opes.

Hàc partem copiosissimè Seneca Philosophus in libris de Beneficijs persequitur. Sed quorsum tot verbis opus est in ijs, quæ breuiore orationis gyro satis superq; complecti potes? Nolunt Poëtæ illa verbositatis mole studiosorum virtutis hominum ingenia obrui, vtpote quam in ipsa actione potissimùm versari intelligant. Non ergo de virtutibus phaleras illas declamatorias instituunt, sed paucis illa officij, vel, vt cum Panætio loquaris, τοῦ καθήκοντος præcepta perstringunt. Alios ornatus compta satis per se virtus non postulat, & quam nudam sese tibi exhibentem non amplecteris, ea quoq; ratione vestitam omnino repudiabis. Hoc ergo magis in Poëtis nostris mireris qui nudam illam, simplicem & Laconicam docendi viam insistunt, cùm tamen nihil prætermittant quòd ad honestè ac probè viuendum conducibile esse possit. Sed ad rem. Illa liberalitatis præcepta sordes auaritiæ satis videntur detegere, si eadẽ est, vt est, virtutis & vitiorum doctrinæ ratio, sed & speciatim illas quoq; optimè persequitur Poëtica, dum eam damnat & ab ea homines deterret, quæ si hûc omnia congerere voluero, quando me peroraturum existimatis? sed per transennam audite paucula:

Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης,	*Auaritia mater est vniuersæ nequitiæ,* inquit Phocylides. Apol-

lodorus quoq; φιλαργυρίαν τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν caput malorum, & Claudianus *primã matrem scelerum* appellant. Quæ ad deterrendos ab hoc vitio homines planè sufficiunt, & si plura pluribus locis apud Poëtas obseruari possint, quæ in teterrimã istã generis humani labẽ nõ minùs animosè, quàm verè iactant. Videte, quęso, quales nos fructus ex Poëtica decerpimus, & lubenter vobiscum communicamus, vt quos hactenus negligentia & maleuolẽtia vestra fastidistis, iam diligentia & beneuolentia nostra illos aliquantulum degustetis, qui si vobis non sapiant, vitioso palato & stomacho omninò vos pronuncio. Pergamus ad MAGNANIMITATEM. Hæc virtus circa honorem & gloriam versa-

versatur, quem præcipuum imò vnicum virtutis scopum statuunt Philosophi: imò hanc virtutē virtutum omnium ornamentū prædicant. Enimuerò accuratiùs hac de re non disputo, an alius sit aut debeat esse virtutum finis, quàm gloria: siquidem fateor nobis Christianis alio esse collimandum, ad Dei videlicet gloriam & laudem, cuius solius studio ad virtutem incitari nos oportet, neglecta nostrûm ipsorum existimatione, quâ nos transuersi rapti planè ab illo scopo aberramus. Possumus tamen crassiusculè ista proponere & ex vulgari humanarum actionum vsu. Est enim perpetua virtutis comes gloria, quæ licet potissimùm nobis quærenda non sit, tamen quia ab illa diuelli non potest, tangi nos etiam aliquo huius studio omnino absurdum non est, modò in ea solùm non acquiescamus, sed quasi perfunctoriè & aliud quodammodo agentes eam complectamur. Et sanè eius ratio nonnulla habenda est, sed moderata: illud quidem ne in pusillanimitatem, hoc ne in ambitionem delabamur, quæ vitiosa tum ex defectu, tum ex excessu iudicari possunt. Magnanimitas itaq; Poëtica aut contemnere, aut amplecti honorem & gloriam præcipit. Et contemnere quidem varijs de causis, quarum nonnullas breuiter attingemus. Phocylides piè monet, ne quis ob proprias dotes nimiùm superbiat, vt aut propter sapientiam, aut vires, aut diuitias: siquidem vnicus Deus hæc iure sibi vindicet. Audite eum loquentem:

Μὴ γαυρῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.	*Sapientiam ne iacta, neq; vires, neq; diuitias.*
Εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατὸς ἅμα, καὶ πολύολβος.	*Vnus Deus est sapiens, potens, & multifariam diues.*

Quàm rectè, quæso, his verbis nimia magnanimitas hominum compescitur? siquidem soleant pleriq; ex ijs gloriam aucupari, quæ cùm propriè solius sint Dei, tamen quasi sua neq; aliunde accepta, sed propria industria comparata, venditant. Sanè breuis ille anfractus latissimè extenditur, & hoc quiuis vestrûm satis apud se potest expendere. Iam verò cùm Poëtæ eorum fortunam spectant, qui magnis honoribus potiti, varijs tamen calamitatibus obnoxij sunt, mouere solent alios ne ea capessant, vnde tot illis creari possunt pericula. Vnde Naso:

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisq; manere suam. & pòst:
Tu quoq; formida nimium sublimia semper,
Propositiq; memor contrahe vela tui.
Viue sine inuidia, mollesq; inglorius annos
Exige, amicitias & tibi iunge pares. Et alibi:
Vsibus edocto si quicquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit. Et Seneca:
Humili loco, sed certa sedet
Sordida paruæ fortuna domus:
Altè virtus animosa cadit.

Et hæc quidem salutaria sunt præcepta, ac qui illis honoribus publicis carere potuerit sine vllo suo aut Reip. (cui nos etiam natos Plato nouerat) detrimento, sanè longè feliciorem vitam transiget. Quia tamen obseruari non possunt ex illa Platonis voce, quam perstrinximus, videndum est vt eos qui hanc honorum molem à se amoliri nō possunt, instruat quoq; nostra Poëtica. Qui eam ergo, siue generaliùs aliquam, gloriam affectant, discant à Poëtis, quæ via illis sit insistenda. Primùm ergo Virtutem ijs amplectendam docent: nam, vt ait Zenodotus,

Κηρύσσεται ἀεὶ ἡ ἀρετή· κακὸς δ' ἀνὴρ	*Celebratur semper virtus, Improbi autem*
Σιγηλὸν ἴσχει ζῶν τε καὶ θανὼν βίον	*Silentio obruitur viuentis & defuncti vita.*

Alij ex fortitudine gloriam captandam proponunt. Rectè ergo Homerus noster militi dicet:

Ἄλκιμος ἔσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ	*Fortis esto, vt quis posterorum te laudet.*

Quò pertinet illud Theognid.

—Ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ' ὀλεῖται	*— Virtutis autem ingens gloria nunquam peribit.*
Αἰχμητὴς γὰρ ἀνὴρ γῆν τε καὶ ἄστυ σαοῖ	*Vir enim pugnando fortis, agros & ciuitatem defendit.*

Longè verò elegantissima illa Thebani Lyrici:

Τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται·	*Honor fortibus propositus est.*
Ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν	*Sciat enim perspicuè, quisquis in*
Ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα —	*Ista* (belli) *nebula grandi —*
ζαν αἵματος πρὸς φίλας	*nem sanguinis pro chara*
Πάτρας ἀμύνεται,	*Patria fundat,*
Λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ	*Hostem vincens contrario exercitu*
Ἀστῶν, γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων	*Ciuium generi maximam gloriam se augere*
Ζώων τ' ἀπὸ καὶ θανών.	*Seu superstes manserit, seu occubuerit.*

Sunt & alia magnanimitatis argumenta, vt ex eruditione, iustitia, frugalitate, labore, & rebus arduis ac difficilibus: sed quorsum ego tot gazas ventilauero? Adite ipsos eosdem thesauros, & diuites illas arculas Poëtarum excutite, equidem non dubito quin maiora expectatione vestra reperturi sitis. Dicebam moderatam istam magnanimitatem requiri ne in Ambitionem decideremus, quam meritò Poëtica etiam volumina proscindunt. Audite Iocastæ verba ad Eteoclem filium apud Euripidem:

Τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι	*Quid pessimam Deorum amplecteris*
Φιλοτιμίας παῖ; μὴ σύγ'· ἄδικος ἡ θεός	*Ambitionem, ô fili? Ne facias. Iniusta hæc Dea*
Πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας	*Multas in domos & ciuitates felices*
Εἰσῆλθε, κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων.	*Introgressa, & egressa est cum pernicie vtentium.*

Quod Deam appellat id duriùs facit, quàm vt mea excusatione emolliri debeat: sed factum est ex veterum illorum consuetudine qui affectibus humanis in abstracto consideratis, hanc diuinitatem tribuere non verebantur. Hic tamen ex illis verbis fructus excerpi potest, quod deterrimum illud ambitionis vitium insectantur: itaq; illam alibi Euripides δεινὸν κακὸν, *graue malum*, & Pindarus ἄλγος ἐμφανὲς appellant. In Ambitione continetur Superbia: quæ quàm sit damnabilis ex eo satis docent Poetæ quòd eam Deo exosam clamitent. Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους Ὑπερεχθαίρει. *Iupiter superbæ linguæ iactantiam Odit.* inquit, Sophocles. Et Euripides:

—— Τῶν φρονημάτων	*Animorum*
Ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.	*Iupiter vindex est animis superborum.*

Et Seneca: *Dominare tumidus, spiritus altos gere: Sequitur superbos victor à tergo Deus.*

Nunquid putatis hæc viro Politico commodè ac vtiliter præcipi? His ego sanè doctoribus fortunatas futuras Respublicas cum Platone probè intellecto, auguror, si eos illarum moderatores diligenter audierint. Veniamus ad CLEMENTIAM & Seueritatem Quæ virtus eidem, quem iam informamus, viro Politico non solùm in priuatis, sed etiam in publicis negotijs apprimè est necessaria. Eius itaq; præcepta hauriat à Poëtis. Illi siquidem docent quatenus illa virtute sit vtendum, quibus in rebus, à quibus & in quos vsurpanda. Hic verò campū feracissimum, & lætissimas

ſimas ſegetes oſtentat Poëtica, in quibus omnino demetendis ſi deſudauero, tempus antè me deficiat, quàm extremos ſulcos attigero. Ergo manipulum vnum aut alterum tantùm, quaſi de mercibus ſegmen præcidaneum, colligamus & oſtentemus. Hæc ergo virtus in viæ moderatione occupatur, quæ cùm periculoſiſsima & inſana quædam ſit perturbatio videndum eſt, vt ab ea nobis prudenter caueamus, frænisq; iniectis eam ita coërceamus vt illa nobis, nō nos illi obſecundemus. Quod ſi aſſequimur de Clementia tutò poſſumus gloriari. Rectè itaq; Poëtæ noſtri hoc paſſim monent, vt iram moderemur. Sic Menander:

Ἄνθρωπος ὢν γίνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν.	*Quum ſis homo, iræ temperare noueris.* Et alibi,
ὀργῆς ἀλογίστου κρατεῖν	*Iram rationis inſciam refrenare*
Ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ.	*In perturbationibus maximè ſapientem oportet.*

Hæc & ſimilia ad exceſſum iræ moderandum ſi extant, tamen putidam illam Stoicorum ἀπάθειαν Poëtæ (quod ſciā) non agnoſcunt, ſiquidem illius etiam vſum concedunt vt in iniurijs: vnde Sophocles apud Stobæum:

Ξὺν τῷ δικαίῳ μέγ' ἔξεστι φρονεῖν	*Licitum eſt animoſum eſſe, modò id iure fiat.*

Quo pertinet illa cohortatio Soſiphanis:

Νῦν σοι πρὸς ὄψιν θυμὸς ἀνθάτω, γέρον,	*Nunc in facie tibi ira effloreſcat, ô ſenex,*
Νῦν δεῖ ὀργὴν, ὥνιξ' ἔνδικον λαβεῖν.	*Nunc iraſci conuenit iuſtitiæ gratia.*

Deponendam eſſe tamen iram Euripides eleganter dicit, his verbis:

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,	*Vt mortale eſt corpus noſtrum*
Οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν	*Ita decet neq; iram habere*
Ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.	*Immortalem, eum qui ſapere nouerit.*

Ex iræ autem moderatione, naſcitur CLEMENTIA, ex intenſione, SEVERITAS. Illa ignoſcit, hęc vlciſcitur. In vtramque porrò modus obſeruandus, ne illa in Miſericordiam (ex Senecæ ſententia) hæc in crudelitatem degeneret. Vtramq; in præcedentibus gnomis complexi ſumus, primam in primis, ſecundam in ſequentibus. Proinde diutiùs hîc nos immorari non oportet. Neq; enim in ijs repetendis, quæ alij ante nos diligenter collegerunt, ſuperuacaneā meam diligentiam oſtentare volo Tranſeamus ad INTEGRITATEM, quæ in Veritatis ſtudio verſatur. Ea hominē Politicum præditum eſſe maximè decet, vtpote quæ omnib. reliquis virtutibus quodammodo famuletur: quid dico famuletur? imò omnino imperet. Illa eſt, quam eleganter Menander θεῶν ὁμόπολιν, μόνην θεοῖς συνδιαιτωμένην, conciuem & contubernalem Deorum appellat. Hic pluralitas Deorum ritè poteſt intelligi, cùm & Angelos ipſos Spiritus Sanctus Deos nuncupet. Hanc eandem ἀρχὴν μεγάλης ἀρετῆς magnæ virtutis principium vocat ille apud Plutarchum. Itaq; eius ſtudium planè eſt amabile, quam θεῖαν παγκρατῆ Callimachus apud Stobæum prædicat. Illud porrò commendat Menander his verbis:

ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν,	*Eſt tempore omni vera proloqui optimum.*
ἐν παντὶ καιρῷ τοῦτ' ἐγὼ παραινέσω,	*Hoc facere adhortor, quippe quòd ſit roboris,*
εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος.	*Securè ad æuum tranſigendum, maximi.*

Idem monent alij cùm Mendacium inſectantur: vt Homerus noſter ſub Achillis perſona:

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν	*Illum peius Orci limine odi,*
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.	*Qui aliud in animo occultat, aliud loquitur.*

Sed hæc vt κράσπεδον τοῦ ὑφάσματος & texti fimbrias accipite. Subſequitur POPVLARITAS, virtus maximè politica, vt ex ipſo nomine poteſtis conijcere: quam Facilitatem appellat Terentius, & ea nihil eſſe homini melius teſtatur. Hæc nos humanos nimirum, id eſt, φιλανθρώπους, & in mutuis συνουσίαις & familiarib. congreſsibus acceptos & amabiles efficit. Varia itaq; huius præcepta, & ferè vſq; ad faſtidiū (ſi rei tam vtilis faſtidiū generari poteſt) Poëtica nobis exhibet, dum nos nunc in ſupplices, nunc in hoſpites, nunc in peregrinos, in calamitoſos, in pauperes, & alia huiuſmodi, humanitatis exercendæ admonet Audi diuinum Homerum:

ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται	*Loco fratris hoſpes atq; ſupplex eſt*
ἀνέρι, ὅς τ' ὀλίγον περ ἐπιψαύῃ πραπίδεσσιν.	*Viro vel mediocriter prudenti.*

Audi Euripidem:

μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν πρὸς τοὺς κακῶς	*Ne nimium ſeuerus atq; durus eſto erga eos, qui malè*
πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς.	*Rem ſuam gerunt, cùm homo ſis.*

In conuerſationibus etiam maximè verſatur, vt diximus, hæc popularitas, quę ad ſocietatē & amicitiam fouendā potiſsimùm conducit Eius locos huc commodè transferre non poſſumus, propter intricatam nimis illorum congeriē. Et nos vobis omnia præmanſa in os daturi non ſumus. Itaq; & de VRBANITATE germana POPVLARITATIS copioſiùs non dicemus, tum præfata de cauſa, tum quia ad grauiores diſputationes pergimus. Pergamus ergo ad IVSTITIAM. Huc velociter contendebā, gaudeo curſum meum hactenus non eluſum. Hîc vos nimirum paulò vehementiùs exagitabo: ſiquidem IVSTITIÆ præcepta & totam deniq; doctrinā, vos qui Poëticā peroſi iura tractatis ciuilia, &, ſi Dijs placet, in vſum quoq; (abuſum penè dixeram) reuocatis, nuſquā quàm in verboſis veſtris cōmentarijs vultis cōtineri. Hinc veſter ille faſtus, hinc illa veſtra arrogātia, hinc veſter illæ miſeræ noſtrę Poëticę cōtēptus, quaſi illi, qui feriò hanc tractant, non delirare, ſed inſanire vobis videantur. Quid hoc rei tandē eſt? Quò vobis mētes? Vbi candor ille, aut amor in primariū rei literariæ ſtudium? Deus meliora, quàm vt pertinacia veſtra illum mihi ſaltē extorqueatis. *Non obtuſa adeò geſtamus pectora Vates.* Quid ita? Poſſumus enim, poſſumus illam quoq; virtutē nobis & meliore, id eſt, antiquiore iure vendicare. Non habemus, fateor, tricas illas forenſes, ſed habemus quantū viro bono ad bene, id eſt, iuſtè viuendum ſufficit. Nec verò veſtrum illud ius tolli intelligimus, ſed noſtrum quoq; contemni minimè patiemur: quanquam poſſumus dare populos, qui veſtro illo careāt: qui noſtro, nullum: ſiquidem nos puros tātùm iuſtitiæ fontes exhibemus, quib. vel ipſos rudes & imperitos homines Natura irrigauit. Sed hac de re aliàs fortaſſe copioſiùs diſputabimus Nunc hoc agamus, & doceamus nos quoq; IVSTITIÆ præceptis abundare. IVSTITIAM cum philoſopho duplicem inſtituimus: alteram quidem Vniuerſalem, Particularem verò alteram. Vniuerſalis ea eſt de qua Poëta noſter Theognis, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστι. *Iuſtitia in ſe ſe v rtutes continet omnes.* Eam Solon ille, quem Poëtam extitiſſe anteà probauimus, εὐνομίαν appellat, cuius effecta elegantiſsimè perſequitur his verbis:

εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,	*Aequitas ſecundum leges modeſtia & recta omnia parit,*
καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας	*Et ſemper iniuſtis inijcit compedes,*
τραχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ	*Aſpera mitigat, ſedat faſtidium, iniuriam repellit,*
αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα	*Maliq; naſcentia diſperdit ſemina*
εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς, ὑπερήφανα τ' ἔργα	*Corrigit ius prauum, elata opera*

πραΰ-

πραΰνει, παύει δ' ἔργα διχοστασίης.
παύει δ' ἀργαλέης ἔριδος χόλον· ἐστὶ δ' ὑπ' αὐτῇ
πάντα κατ' ἀνθρώπους ἄρτια καὶ πινυτά.

Mansuefacit, compescitq́ opera seditionis.
Reprimit etiam acerbæ litis bilem: eiq́ subest
Omnis hominum & integritas & prudentia.

Quæ lecta quomodo, quæso, vos afficient? Ego sanè cõtendo, nihil elegantius in vestris voluminibus reperiri. Sed de hac Iustitia passim in alijs virtutibus dictum est, cùm hæc sit omniũ reliquarũ norma, & quodammodo mater. Eius encomia videte in Orphei hymnis: vnde facilè intelligetis, quanti faciant Poëtæ nostri Iustitiã, vtpote quã laudibus efferentes doceãt, quo etiã in pretio à mortalib. habenda sit. Sed audite, q.d de illa Hesiodus magnificè prædicet:

ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα
κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι,
καί ῥ' ὁπόταν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες
ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες.

Virgo est iustitia Ioue prognata,
Casta & veneranda Dijs cœlicolis,
Et quando quis ipsam læserit, obliquè iniuriam inferens,
Statim apud Iouem patrem Saturnium sedens
Narrat iniustam hominum mentem, donec luat
Populus peccata Regum, qui malè sentientes
Aliò deflectunt, iura obliquè interpretantes.

Rogo vos per Numen Iustitiæ, vt hæc attentè consideretis. Videte, an opera in huiusmodi Poëtis euoluendis ludatur, qui nobis tantũ vitæ humanæ columen tam studiosè cõmendant. Quo enim argumento ad eam amplectendam vehementiùs incitari possumus, quàm cùm intelligimus, eam Numini assidere: vnde piaculum & nefandũ scelus sit, in eam vllo modo delinquere? Sic Clemens Alexandrinus docet, Pindarum rectè de ea sensisse, quòd σωτῆρα Δία σὺν Θέμιδι κοιῶντα seruatorem Iouem vnà cum Themide habitantem inducit, quasi Regem seruatorem iustum hoc modo interpretetur. Eam hominibus à Deo datam piè monet Hesiodus, his verbis Perseum suum affatus:

ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,
Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων
Ἰχθύσι μὲν, καὶ θηρσί, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη γίνεται.

O' Persa, cæterùm tu hæc animo tuo repone,
Et Iustitiæ quidem animum adijce, violentiæ verò obliuiscere.
Namq́ hanc hominibus legem disposuit Saturnius
Piscibus quidem, & feris, & auibus volucribus,
Se mutuò vt deuorent, quandoquidem Iustitia carent.
Hominibus autem dedit Iustitiam, quæ multò optima Est.

Videte, vnde nos sanctissimum Iustitiæ fontem cum Poëtis deducamus: quod si vos idem præstatis, non tamen nostrum damnandum est studium, siquidem cum vestro consentiat. Quid ergo de nobis hac in parte cõqueremini? Dicebamus non ita pridem, Virtutis doctrinam verborum paucitate contentam: Id verò maximè in Iustitia obtinet, quod etiam primi vestri legislatores (Romanos intelligo) optimè obseruabant, sed crescente turbulentorum hominum & contentiosorum multitudine, breuitas illa maiorum in tantam loquacitatem euasit, vt hactenus finis nullus vestris apicibus, vt vocatis, & forensibus tricis factus sit; extincta nimirum æqui boniq; ratione à qua etiam ci[illegible] vestri nodi & subtilitates desciscere vt plurimum non verentur. At Poëtæ nostri amabilem illum Laconismum et[illegible] in Iustitiæ, perinde atq; in aliarum virtutum præceptis hactenus retinuerunt. Hinc concisæ illæ, primùm Menandri:

τὸ μηδὲν ἀδικεῖν πᾶσιν ἀνθρώποις πρέπει. — *Nemini iniuriam facere omnes homines decet.*

Hinc vos, aut ex alio simili loco, quales plurimi ex Poëtis proferri possunt, illas positiones,

Ius suum cuiq; tribuere, alterumq́ non lædere, desumpsistis?

Quid illud in Monostichis? nonne pium existimatis?

Δίκαια δράσας συμμάχου τεύξῃ θεοῦ. — *Si iusta feceris, opem feret Deus.*

Transimus etiam in Forum, & illi leges suas præscribimus, putã Iudici occinit Sophocles,

ἴσ' ἀντάκουσον, κᾆτα κρῖν', αὐτὸς μαθών. — *Vicissim audi, & deinde re cognita, iudica.*

Paria Euripides:

τίς ἂν δίκην κρίνειεν, ἢ γνοίη λόγον — *Quis sententiam ferret, aut cognosceret causam,*
πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ; — *Antequam ab ambobus sermonem didicerit perspicuum?*

In hoc est tota iudiciorum ratio, vt æqualis disceptatoribus audientia præbeatur. Hoc cùm fieri iubeant Poëtæ, an non vobis etiam digni videntur, qui à vestris cancellis forensibus non explodantur? Tantam autem huius Iustitiæ vim esse intelligunt Poëtæ nostri, vt sine vlla προσωποληψίᾳ eam administrari velint. Hinc illud Euripidis:

νικᾷ δ' ὁ μείων τὸν μέγαν δίκαι' ἔχων. — *Vincit minor maiorem cum iustitia.*

Et hoc idem Sophoclis simile:

τοῖς τοι δικαίοις χὼ βραχὺς νικᾷ μέγαν. — *In causa iusta etiam breuis vincit magnum.*

Ergo iam respectu personarum, quibus ius administrari debet, quomodo id faciendum sit, ex Poëtis optimè cognoscimus, etiam vestra illa legum farragine destituti. Docent insuper Poëtæ, præcipitatam sententiam iudicis parum æquitatis plerunq; continere. Plerunq; dixi, quia hoc de grauioribus negotijs intelligo, in quibus celeritas iudicandi est periculosissima. Rectè ergo Euripides:

ὅ τι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει. — *Nequaquam celeritas iustitiam habet.*

An non hæc vox iudicibus vestris apprimè videtur consentanea? Volunt etiam iustè omnia iudicari. Hinc ille apud (Stobæum:

κρίνειν δίκαιον, μὴ τὸ συμφέρον, θέλε. — *Iudicare velis iusti respectu, non vtilis.*

Quàm bene ijdem iudices hanc vocem Theognidis vsurpabunt?

χρή με παρὰ στάθμην, καὶ γνώμην τήνδε δικάσσαι — *Oportet me ad amussim & secundum rectam rationem hanc iudicare*
δίκην, ἶσόν τ' ἀμφοτέροισι δόμεν — *Causam, æquumq́ vtriq; tribuere.*

Sic quoque illam Hesiodi:

—— διακρινώμεθα νεῖκος — *– Discernamus litem*
ἰθείῃσι δίκαις, αἵ τ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται. — *Rectis iudicijs, quæ ex Ioue sunt optima.*

Quæ tandè iudicia intelligit Hesiodus? Ego scio, illum Romana iura non nosse: scio etiã, illis temporibus talia nusquã extitisse: neq; vlla est gens, cui illa verbositas Romana placuerit. Hoc ego itaq; cõtendo, eos qui vel sola virtutũ doctrina Poëtica apprimè imbuti fuerint, hoc munere defungi posse. Dixi παράδοξον, sed quòd rationib. & argumentis suis non careat, vt nos aliàs docturos maiore cum otio spero. Illud verò vestrum planè absurdum, aliunde quàm è vestris libris doctrinã istam comparari non posse. Nam antequã illi essent, vnde petebatur? At hodie quidem propter inueteratum vsum & vulgarẽ, alio modo viui non potest. Nimirũ hoc est perniciosum συμβεβηκὸς, vt vocant: nã per se longè aliter res se habet. Excandescite, furite, insanite. Ego vestra non contemno, imò etiã amantissimè amplector: sed cùm vos nostra immeritò respuitis, id demum grauissimè fero, & insanam illam in vestris libidinem cæcumq; amorem

morem

morem,hoc est, φιλωνίαν,summa & iusta animi acerbitate sentio. Pudet me sanè vestræ malitiæ, sed vestræ inscitiæ miseret,qui priùs Poëticam nostram damnetis, quàm causis legitimis permoueamini, aut eius defensionem exaudieritis. Atqui monet te (ô quisquis es tam præceps & temerarius iudex) Aristophanes,

πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς οὐκ ἂν δικάσαις. — *Iudicare noli, nisi parte vtraque audita.*

Audientiam porrò illam non intelligimus perfunctoriam, sed cum iudicio,cum attentione, omni perturbatione vacuam. Quam si præstiteritis,nullius sententiam contra vos, quàm vestram ipsam postulo,& præter vestra iura,vos in vestra causa iudices admitto. Superest nobis virtus illa διαφερονλικὴ PRVDENTIA, quæ in Poëtica nostra fusissimè tractatur,vt omnes omnium philosophorum thesauros longè superet. Eam Menander bonum maximum esse pronunciat, ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἐστ' ἀεί. Illam autem aliquando σοφίαν, aliquando τέχνην, aliquando γνώμην, aliquando πραπίδας metonymicè appellant, aliquando alijs vtuntur nominibus. Hanc robori optimè anteponunt. Itaque Oppianus,

—— οὔτ' ἠνορέης, οὔτ' εἴδεος ἔπλετ' ὄνειαρ — *—Neque roboris neque formæ est vtilitas*

τόσσον,ὅσον πραπίδων,ἀλκὴ δ' ἀνεμώλιος ἄφρων. — *Tanta quanta prudentiæ: Robur autem sine prudentia inutile.*

Et Agathon: γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν ἢ σθένος χερῶν — *Prudentia manuum viribus præpollet.*

Elegantissimè eadem Sophocles:

—— οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς — *— Neque lati*

οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι, — *Neque fasti homines sunt firmissimi:*

ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ. — *Sed prudentes plurimùm possunt vbique.*

μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως — *Nam & amplissimi corporis bos, ab exigua tamen*

μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται. — *Scutica, vt rectè in viam incedat, impellitur.*

Plurima sunt eiusmodi prudētiæ encomia apud Poëtas,quibus docemur,quanto studio rem præstantissimam prosequi nos oporteat. Sed vnde illam deriuant? Ab eodem,à quo reliquas,nimirum à Numine: vt Pindarus,

τὸ συνετὸν ὁ Θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος. — *Prudentiam Deus dat, non diuitiæ.*

Si dat Deus, ergo ab eo precibus petendam facilè concluditur. Sed quid pluribus? Nihil tam egregium, nihil tam salutare de hac virtute tradi aut præcipi potest, quod cumulatissimè Poëtæ nostri non præstiterint, adeò vt iure me affirmare posse censeam, sola illorum scripta ad rectam & sinceram virtutum non solùm theoriam, sed etiam praxin sufficere. Tædet me hactenus tam curiosæ diligentiæ in exhibendis vobis tam varijs Poëtarum locis,vt prauam illam de Poëtica opinionem exueretis. Porrò hæc iam virtus minus à me illustrabitur: satis est hæc paucula delibasse: vos ipsum adite Oceanum,& illinc plura abundantiùs haurite. Sed exhausto aliquantulum Ethico fonte,Politicum prætereà vobis referemus,qui vobis fortasse suauissimi futuri sunt, esse saltem debebunt, nisi vos planè distorto ingenio Natura effformauit. At vos, vtut fit, mea pro arbitratu vestro aut benignè aut malignè (quod potiùs augur) audite: ego vt vobis assentiar, Poëticæ partes nunquam deseram. Frustra enim id vrgetis, illam nihil ad publicam rerum administrationem cōducere. Vidistis enim, quàm bene in Moralis Philosophiæ (qua instructum esse debere hominem politicum iam probauimus, & vos ipsi non inficiamini) doctrina versetur. Quæ sola argumenta superiorem me in ista causa faciunt,vt nullis alijs prætereà indigeam: sed vt abundare me iure & æquitate sentiatis,addo illam partem Philosophiæ,quæ Politica peculiari nomine dicitur, optimè à Poëtica edoceri. Illa Respublicas ita moderatur,vt si hanc partem attentiùs considerare volueritis, nō solùm in meas partes pedibus & animis eatis,sed & vestræ inscitiæ miserè vos pudeat,aut saltem maleuolentia vestra ita apertissimè detegatur, vt nulla fides vestris calumnijs in posterum habeatur. Rogo vos per Deum Poëticæ & Politiæ, attendite. Primùm Respublicas constare ex subditis & ex magistratibus intelligitis: ἀναρχίαν enim illam ne Poëtæ quidem nostri agnoscunt,vt nos in Homero aliquoties annotasse memini. Subditos appellamus ciues, quatenus ciuitatem constituunt. Nam vt ait Euripides apud Stobæum:

αἱ πόλεις εἰσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία. — *Ciuitates viri sunt, non solitudines.*

Quales ergo ciues requirit Poëtica? Bene moratos, vt apud Plautum elegantiss. isti versus docent: *Quid id quod vidisti, vt munitum muro tibi visu' st oppidum? P. Si incolæ bene sunt morati, pulcrè munitum arbitror. Perfidia, & peculatus ex vrbe, & auaritia si exulant: Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio, Septimum periurium. T. Euge. P. Octaua indiligentia, Nona iniuria, decimum, quod pessimum aggressu, scelus. Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum est.* O' egregiam & nunquam satis laudatam vocem! Quis meliùs vnquam ciues informauit? quis præstantiores, quis stabiliores ciuitatum munitiones vnquam vsquam excogitauit? Hîc ergo hic Plautinus, hic Poëticus murus ciuitatum aheneus esto. Quàm benè Lycurgus, non carere muris vrbem, quæ viris esset non lateribus cincta pronunciasse dicitur. Sed nisi ciues illos Plautinos in Lycurgi sententia intellexeris, perituram nancisceris ciuitatem. Si quid est in vobis ingenij, vel quantumuis exiguum non hoc emolumentum ex poëtica nostra in politicum hominem redundare percipitis? Quo vobis mentes? vt illud Cæci illius corpore vobis animo occæcatis occinam. Sed audite reliqua. Volunt prætereà Poëtæ ciues nostros patriæ esse studiosos, illique fidissimos. Itaque Sophocles apud Stobæum:

οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὸς — *Nunquam equidem amicum virum eum, qui patriæ sit hostis,*

θείμην ἐμαυτῷ. — Comparabo mihi

Volunt esse pacis studiosos,& eos qui ciuilibus bellis delectantur, oderunt: hinc Nestor Homeric.

ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος, — *Inhumanus, impius, & ferus est ille,*

ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος. — *Qui bellum cupit in populo detestabile.*

Volunt laboribus occupari,vt otia malorum & vitiorum fomites sopiant. Hinc Euripides apud Stobæum,

ἀργὸς πολίτης κεῖνος, ὡς κακός γ' ἀνήρ. — *Idem est ociosus & malus ciuis.*

An imperitos vestræ illius publicæ administrationis sentiatis,qui talia præcipiant? iam subditos magistratibus obedientes esse iubent. Sic Euripides apud Stobæum:

πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου. — *Ne contra stimulos imperantium tibi calcitres.*

& alia innumera eiusmodi. Nolunt porrò exleges viuere. Et rectè Euripides:

οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον, ἢ νόμοι πόλει — *Nihil est ciuitati præstantius, quàm leges*

καλῶς τεθέντες. — *Rectè positæ.*

Sed leges frustra instituuntur, nisi etiam obseruentur. Inde Euripides:

παῦσαι· τὸ μὲν γὰρ σώζον ἀνθρώπων πόλεις — *Desine: tum enim saluæ sunt ciuitates,*

τοῦτ' ἔσθ', ὅταν τις τοὺς νόμους σώζῃ καλῶς. — *Cùm leges, vt decet, obseruantur.*

Hinc pendet illud Sophoclis in Phædra apud Stobæum:

ὁ γάρ

οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις, *Nunquam sanè tuta & secura esse potest ciuitas,*
ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα *In qua ius & modestia omnis*
λάγδην πατεῖται. *Pedibus calcantur.*

Et hæc paucula de ciuibus & subditis. Quid de Magistratibus? Eos in Repub. necessarios docet illud prouerbiale Poëticum: προβάτων γὰρ οὐδὲν ὄφελος ἂν ποιμὴν ἀπῇ. *Namque vsus ouium nullus, vbi pastor deest.*
Quantus sit ijs honor deferendus, docet Menander, cùm Deos appellat:

τὸ κρατοῦν, νῦν νομίζεται θεός. *Quod imperat, nunc pro Deo habetur.*

Hoc nimirum quoq; titulo eos Spiritus S. insigniuit. Volunt autem prudentes esse, vt innuit Eurip.

—— νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν, *Mentem conuenit ducem bellicum habere.*
πόλεως ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξυνέσιν ἣν ἔχων τύχῃ. *Vti etiam ad ciuitatis gubernacula idoneus est quiuis, qui prudentiam habuerit.*

Volunt etiam commodis Reip. inuigilare: hinc Nestor Homericus:

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, *Non oportet noctem integram dormire consiliarium virum,*
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. *Cui commissi populi & tantæ res curæ sunt.*

In Magistratib. numero etiam duces belli, adeò vt non togata otia, sed etiam bellica negotia tractare Poëtas nostros intelligi posfit. Scio quid dicturi sint Thrasones nostri, quibus illud iudiciũ Hannibalis de Phormione perplacet, & identidẽ in ore habẽt, tanta est istorũ hominũ αὐθάδεια. Quid verò? an norma sentiendi nobis erit turbulẽtus ille Pœnus? neq; potiùs eũ isto φιλαυτίας aut αὐθαδείας militaris morbo laborasse pronũciemus? Quod si iudicium illius probari potest, Phormionis ineptam disputationem fuisse necesse est, qui gloriolæ aura turgidus ausus est de reb. bellicis imperitè coram præstantissimo Duce disserere. Scio Thrasonũ istorum ingenia dura esse, quæ oratione nostra non possint emollescere. Noui insolentes, superbos, cõtumaces illorum animos, qui de rebus suis neminẽ pręterea hiscere patiuntur, adeò vt etiam viros literatos ad literarium puluerem ignominiosè & cum opprobrio relegẽt & amandent. Quid si ex illo tam odioso puluere eos belli Duces excitari doceamus, quib. nullus vestrûm sit cõparandus? An non Tyrtæus ille Poëta Atheniensis (Nauita de Ventis) Lacedæmoniorũ dux in bello Messeniaco satis euicit, ius quoq; in arma Poëtis nõ denegari? Sed in his refellendis diutiùs nõ est immorandum. Si enim etiam istorũ iudicio docuero, in Rei militaris pręceptis optimè versari Poetas nihil est quod amplius postulẽ. Veritas ipsa eos in illis aget impetus, eá virtutẽ exeret, qualem orationi meæ infantia mea impertiri nõ potest. Videamus porrò, quid posfit hac in parte Poëtica. Quàm sit arduum, in pręstantissimum Ducem euadere, docet Euripides apud Stobæum his verbis:

στρατηλάται δ' ἂν μύριοι γενοίμεθα, *Imperatores quidem innumeros fieri liceret,*
σοφὸς δ' ἂν εἷς τις ἢ δύ' ἐν μακρῷ χρόνῳ. *Sapientem verò vnum aut alterum, longo tempore.*

Qualis autem ille esse debeat, innuit Publius, cùm dicit: *Ducis in consilio posita est virtus militum.*
Volunt eum prudentem esse Poëtæ, nec audacem ac temerarium, vt Euripides:

——σφαλερὸν ἡγεμὼν θρασύς· *—— Periculosa res est, dux audax.*
νεώς τε ναύτης ἥσυχος καιρῷ, σοφός. *Nauis enim nauta quietus in tempore, sapiens.*
καὶ τοῦτό μοι τἀνδρεῖον, ἡ προμηθεία. *Et hæc mihi recta videtur fortitudo, prouidentia.*

Volunt esse iustum, vt idem Euripides apud Stobæum:

—— χρὴ δὲ στρατηλάτην *—— Oportet Imperatorem*
ὁμῶς δίκαιον ὄντα, ποιμαίνειν στρατόν. *Simul existentem iustum, regere exercitum.*

Sed & prius eum militem fuisse volunt, quasi is nunquam probe imperet, qui nunquam paruerit, vt Menãder dicit:

ὅστις στρατηγεῖ μὴ στρατιώτης γενόμενος, *Quisquis exercitui imperat, cùm nunquam fuerit miles,*
οὗτος ἑκατόμβην ἐξάγει τοῖς πολεμίοις. *Is planè hecatomben hostibus educit.*

In expugnando hoste id præcipuum esse volunt, vt cognoscatur ratio qua posfit capi. Et hoc Euripides præcipit:

τὸ δὲ στρατηγεῖν τοῦτ' ἐγὼ κείνω, καλῶς *Imperatoriam artem in hoc sitam esse puto, vt bene*
γνῶναι τὸν ἐχθρὸν ᾗ μάλιστ' ἁλώσιμος. *Cognoscas hostem, quo maximè pacto posfit cognosci.*

An non hæc vox prudentissimi esse Imperatoris vobis videtur? Nam temerè non esse aggrediendum hostem id rei militaris caput est. Itaq; rectè Polynices ille apud Euripidem:

ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης. *Cautus melior est quàm temerarius Imperator.*

Nimirùm in castris quoq; habitare potest & debet Poëtica, quæ se rei militaris ignaram non exhibeat. Id pluribus locis probare possum, sed hæc impræsentiarum sufficiat. In magistratib. autem nullus est Regia potestate augustior, nullus qui magis ad Deum accedat. Doceamus porrò, ne à Regum etiam aulis eliminandam esse Poëticam. Primum Regiam dignitatem amant, vt Homerus:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, *Non bonum est imperium multorum, vnus princeps sit,*
εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω *Vnus rex, cui dedit Saturni prudentis filius*
σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ *Sceptrum & iura, vt populo præsit.*

Sed per vnum Regem solum Regem non intelligit populos moderari, siquidem & suo Agamemnoni alios adhibet consiliarios, Nestorem, Vlyssem, Diomedem, Aiacem, & alios: sed hanc vnius cũ suis consiliarijs autoritatem effrenatæ illi multitudini temerè discessum paranti opponit. Sunt autem consiliarij respectu Regis, idem quod membra respectu capitis. Neq; enim caput solũ & à mẽbris separatum constare potest: ex vtraq; aũt cõiunctione egregia illa moles corporis concinnatur. Sic vbi consiliarijs suis Reges destituuntur, horrendum nescio quod monstrum trũcum & lacerum videndum exhibent. Et hæc sunt ex Homeri sententia, in Homeri verbis superiorib. intelligenda. Alioqui Poëtica tyrannides, hoc est, vnius soliusq; imperia insectatur, vt Eurip.

οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει *Nil tyranno hostilius Reipub.*
ὅπου τὸ μὲν πρώτιστον οὐκ εἰσὶν νόμοι *Vbi primùm quidem non sunt leges*
κοινοί, κρατεῖ δ' εἷς, τὸν νόμον κεκτημένος *Communes, imperat verò vnus, legem possidens*
αὐτὸς παρ' αὑτῷ *Ipse pro suo arbitrio.* Idem prætereà apud Stobæum:
ναῦν τοι μί' ἄγκυρ' οὐδαμῶς σώζειν φιλεῖ *Nauim vnica ancora nunquam seruat*
ὡς τρεῖς ἀφέντι· προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει *Vt tres demissæ: & princeps vnus vrbi*
σφαλερὸς, ὑπὼν δὲ καὶ ἄλλος οὐ κακὸν πόλει *Periculosus est: adiungi verò & alium, non malum est ciuitati.*

Altiùs ergo hoc expendamus. Quemadmodum Deus Opt. Max. licet per se & nullo alio adminiculo vniuersum Orbẽ regere posfit, tamen habet in terris Reges, qui velut illius feudatarij acceptam huius imperij ab eo partẽ mo-

 deran-

derantur, sed & in cœlis tres illæ Deitatis personæ absolutam & meram illam monarchiam videntur explodere. Ita nostri etiam Reges, imò longè potiore & validiore ratione sua habeant necesse adminicula, quorum beneficio tantam molem sustinere possint. Et hoc intelligunt tam Homerus, quàm Euripides, ne quis sinistram vtriq; sententiam affingat. Ne tamen hac dignitate nimis insolescant Reges, monent Poëtæ, cui illam acceptam referre debeant, nimirum Deo: vt Hesiodus: ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. *Ex Ioue sunt Reges.* Idem Homerus in eo loco, quem proximè laudauimus. Hinc eos toties διοτρεφεῖς à Ioue nutritos vocant, & Minoa Iouis ὀαριστὴν Homerus. Quales autem volunt esse Reges? Fortes & iustos. Sic Menander:

καλόν γε βασιλεὺς τῇ τὴν ἀνδρείᾳ κρατῶν,	*Egregium quiddam rex est, qui Fortitudine præcellit,*
τὰ δὲ τοῦ βίου δίκαια διατηρῶν κρίσει.	*Et vitæ iura conseruat iudicio.*

Volunt clementi & patrio omnino affectu in subditos se gerere, vnde Homerus ab ea virtute Vlyssem suum sæpe laudat, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. Huc pertinet illud Comici: *Errat longè mea quidem sententia, Qui imperium credat grauius esse aut stabilius, Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.* Et Seneca: *Violenta nemo imperia continuit diu, Moderata durant.* Volunt esse humiles, & in tam alto solio collocatos, homines se etiam meminisse Audite in hanc elegantem Sotadis locum apud Stobæum, qui Regibus subinde esset inculcandus.

ἂν καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.	*Quamuis rex sis vt mortalis tamen audi.*
ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατεῖ περισσῷ.	*Si procul expuis, pituita abundas multa.*
ἂν ἱματῇς, ταῦτα πρό σου προβάτιον εἶχεν.	*Si vestem elegantem fers, hanc ouicula prius habuit.*
ἂν χρυσοφορῇς, τοῦτο τύχης ἐστὶν ἔπαρμα.	*Si aurum geris, hæc fortunæ inconstans est potentia.*
ἂν πλούσιος ᾖς, τοῦτο χρόνου ἄδηλος ἰσχύς.	*Si opibus affluis, hæc temporis incerta vis.*
ἂν ἀλαζονῇς, τοῦτ' ἀνοίας ἐστὶ φρύαγμα.	*Si superbis, hic est stultitiæ hinnitus.*
ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο θεοῦ δῶρον ὑπάρχει.	*Sin verò temperantiam sectaris, hoc est diuinum donum.*
ἡ σωφροσύνη πάρεστιν, ἐὰν μέτρῇς σεαυτόν.	*Fit autem temperantia, si te ipsum metiaris.*

Ac de his quidem hactenus. Quibus si non permouemini, si non remollescitis, profligatæ pertinaciæ opinionem apud omnes sanæ mentis homines subibitis. Poteram locum etiam Oeconomiæ, quæ Politiæ necessaria, vt ita dicā, rudimenta esse quiuis intelligit. Sed mei non est instituti, omnes Poëtarum opes propalare: quibus, qui volent ditescere, ipsorum loculos excutiant, vt non ita pridem dicebamus. Ego mihi perfuncti hac in parte officij optimè & verè sum conscius, imò vestrûm nonnullis fortasse studium quoq; meum æquitatemq; causæ probauero. Facessite cū ista superbia, facessite cum ista procaci maleuolentia, & ex me discite, indignos esse clauo Reip. quem pars vestrûm maxima moderatur, qui non intellecta planè, aut malè intellecta reorum causa eos damnat. Quod vos in Poëtis hactenus facere non destitistis. Vnicū nobis restat expediendum: altera nimirū docendi via, quā in exemplis versari antea dicebamus. Hoc absoluto, vos missionē ab Editoribus, quos hîc viros eruditissimos & sanæ mentis homines appello, nos fortasse palmam impetrabimus. Ergo præceptis virtutum feracissimā Poëticā demonstrauimus. Eandē luxuriā in exemplis, sed breuiùs à nobis coarctatā, quæso, animaduertite. Fortes viros ecquot vobis vnicus Homerus suppeditabit? Quis non eo nomine illius Agamemnonas, Diomedes, Vlysses, Idomeneos, Aiaces, Menelaos, Mentoras, Hectoras, & alios demiretur? Sed coryphæi illius Achillis penè obliuescebar, cuius virtus adeò est decātata, vt nullum hactenus illo superiorem, meo quidem iudicio, sequentia secula cognouerint. Vbi gentiū, quæso, illustriora huius virtutis exempla reperies? Vbi prudentiorem quenquā Nestore vel Vlysse, quorū salutaribus consilijs decennale illud bellum planè sustentatum est? Vbi maiorem & luculentiorē castitatē, quàm in Penelope? Vbi temperantiā & frugalitatem insigniorē, quàm in heroibus Homericis? Quid verò attinet, reliquas virtutes persequi, quarum orbem absolutissimū Homerica poësis confecit? Sed & alij quoq; Poëtæ huius laudis parte nō carent. Quid est, quæso, Tragœdia Æschyli, Sophoclis, Euripidis, Senecæ, quàm speculum virtutum omnium, in quo tot hominum, qui earum studiosi apprimè fuerunt, exempla perspicuè elucescunt? Ibi etiā vitia quorundam effinguntur, sed vt facilè intelligas ea, non tibi imitanda, sed vitanda proponi. Idem de Comœdia tum Græca tum Latina pronunciandū. Quid de Satyra? Ea sanè proborum improborumq; mores tam genuinè depingit, vt his exemplis cuiuis ad virtutem præire velle videatur. Id affirmo, vereq; affirmo, nullos habitus siue prauos, siue rectos in hominibus excogitari posse, quos tibi Poëtæ nostri ob oculos non ponāt, illos vt fugias, hos vt amplecteris. Qua in parte meliorē magistrū Homero non habes, qui in singulis dictis aut factis personarum, quas in sua Poësi introduxit, quid laudandum, quid vituperandum, quid rectè, quid malè dictū aut gestum sit, præponere aut apponere consueuit. Hoc habet. Arma submittite aduersarij mei. Cur porrò vos percussos iacentesq; repetā? Ecce vulnera vobis à me facta premo, in graduq; consto. Vos verò iā frustra ad populum respicitis, &, quæ vestra est animi durities & elatio, pro vobis intercedi non patimini. At ille iā pollicē vertit: infestis spectatoribus dimicastis. Itaq; ferrū recipite. Atqui missionem vos impetraturos dicebam? Dicebam, sed pertinacia vestra animos & editorum & spectatorum exasperauit. Nobis verò pro veteri gladiatorum more, cum palma licet discurrere, aurum auaris relinquimus.

Quæ cùm ita sint, nihil est quòd imposterum vestras petitiones reformidem, quas ego tā leui declinatione possum, dimicante à me iure & æquitate excedere. Hæc ergo iā nostra pugna pugnata est. Porrò vanū est & futile, quod mihi obijcitis, deliranti me planè esse similem, aut parū mei officij rationem habere, qui Poëticæ studio tantoperè inhæreā, siquidem nusquā opera mea meliùs collocari potest, quàm in ea, quæ nos ita & ad virtutē, & ad rectā negotiorum publicorum administrationē informare potest, & sine qua illotis manib. tractari illa sanctissimè testor: imò si hoc studium verè & diligenter in primis excoleretur, futurū sperarē, vt tantas clades Rebuspub. aut Regnis nostris earū moderatores nō infligerent. Fateor in illorum numero quosdā esse, qui licet hac parte eruditionis careant, tamē probè officio suo defunguntur: sed illud primū rarū est: deinde neq; ijs ipsis illud nocuisset, quin potiùs, si bonitati Naturæ doctrinā istā adiunxissent, maximā laudi suæ facturi erāt accessionē. Porrò cùm ego tantā vtilitatē ex Poëtica posse excerpi, ad illas etiā, quas vos iactatis, Resp. administrandas intelligā, nunquam erit vt ab ea diuellar. Furant quantumuis in me vestræ inuidiæ aut maleuolentiæ tempestates, ego illas constantia mea elidā, ego illas firmitate mea dissipabo. Deus Opt. Max. studium & institutū meū, quod ego ad eius nominis gloriā semper dirigere sum conatus, felicitet: reliqua nauci nō fecero. Memorant Misen quendā equitanti per Persidē Artaxerxi Regi acceptissimū fuisse, quòd ei malū Punicū, idq; maximū in vanno obtulisset. Quod Rex admiratus, de horto interrogauit, & gauisus: Per Solē, inquit, homo qui in excolendo horto tā sit diligens, poterit etiā ciuitatē ex parua ampliorem reddere. Quàm certius est illud ipsum argumentū de ijs, qui hoc agunt, vt in ista arena vel (vestro iudicio) vmbra Poëtica ad eundem finem sese informent & comparent, vnde, quasi ex equo Troiano, virorum literatorum cohortes in hunc publicum

publicum Solem erumpant, in quo non tyrocinij sui, sed absoluti cuiusdam magisterij mox luculenta edant specimina? Latissimus sese mihi dicendi campus aperit, in quo cursum orationis, adeò mihi in præcordijs gestit animus, vix cohibere possum. Cùm tamen auras verberem, & satis hactenus hæc nostra disputatio processerit, finem huic parti, vestra cum venia, imponam: vt quem vos loquentem fastidiosè (ni fallor) auditis, tacentem summa cum delectatione videatis. Testor tamen, si quis vestrûm paratus sit nostra refellere, daturum me operam. vt intelligat posteritas, tantam causæ meæ æquitatem rabularum strepitu & obgannitionibus non posse opprimi, ac Poëticæ patrono tantas ingenij vires superesse (quod non tam arroganter, quàm ex iusta excandescentia dictum existimari volo) vt tam audaces insultatores repellat, comprimat, & victos tandem solò solus prosternat.

DE ORIGINE ET DIGNITATE POETICAE.

Absoluimus illud, quod susceperamus, Poëticæ patrocinium, non quidem integrum, sed quod nostrum sit, & à nullo, quod sciam, anteà peractum: superest, vt de eius origine & dignitate pauca differamus, vt nos initiò facturos pollicebamur. Ac primùm de origine, sed paucis. In cuius inuestigatione, si Græcos audiamus, eam longè oratione soluta antiquiorem esse intelligemus: siquidem tradant, vt est etiam apud Iustinum Martyrem, & Eusebium, testes locupletissimos, eos, qui primi orationem solutam inuenerunt, Cadmum scilicet Milesium, & Argiuum Acusilaum, non multò ante Xerxis in Græciam susceptam expeditionem floruisse. Strabo quoque Cadmum, Pherecydem, & Hecatæum primos insignes oratores fuisse scribit, quos Eustathius dicit post Orpheum, Musæum, Homerũ, aliosque prætereà extitisse. Sed & Isidorus repetit, illum Pherecydem Syrum primum apud Græcos soluta oratione scripsisse, apud Romanos Appium Cæcum, cùm aduersus Pyrrhum prosaicè declamaret. Et hoc est quod Lactantius ait, apud gentes Poëtas multò antè priores fuisse quàm Philosophiæ nomen: imò Poëtas ipsos pro sapientibus habitos. Ergo Poëticam antiquiorem ex Græcorum sententia pronunciabimus. Sed hæc mihi videntur nugatorum hominum deliria. Quis hoc, quæso, non videt, primùm oportuisse homines simpliciter, deinde metricè loqui? Hic est enim naturæ ab imperfectis ad perfectiora progressus. Vnde Goropius vir ille eruditissimus Gallic. lib. 3. rationem egregiam, cur veteres Galli à nocte dierum spatia computarent, expiscatus est. Enimuerò Græcos lubenter rogarem, quo pacto illi Cadmus, Pherecydes, Hecatæus, antequam artem Oratoriam introducerent, loquerentur. Siquidem non nisi prouecta demum ætate eam proposuisse mihi videntur. Oportuit autem eos loqui, at numerosè aut metricè locutos quis credat? Pudet me tam inepti insulsiq; commenti, cui tot viri hactenus neq; ij vulgares sine astipulati: &, quod magis mireris, libris etiam suis inserere non vereantur. Id equidem fateor, in literis & eruditione principatum Poëticam obtinuisse, sed plebis & vulgi, quæso, qualis fuit sermocinãdi ratio? Nego extitisse metricam. Nam & in ipsis initijs reconditius erat hoc studium, vt qui illud amplecterentur extra fæcem populi quodammodò rapti ac è cœlo progeniti crederentur: vnde constat, eos reliquis summæ fuisse admirationi. Videtur enim illa scientia diuinis arcanis & mysterijs fuisse destinata, in quibus ea etiam complector, quę ad vitam honestam conducerent, hoc est, præcepta morum, quæ à Religionis præceptis commodè non separantur. Ergo non vulgaris aut prosa oratione antiquior Poëtica sed potiùs recẽtior, quæ in simplici oratione illud modulatum quodãmodo & concinnum dicendi genus aurium iudicio excogitârit. Quod ex his Fabij verbis etiam potest colligi. Poëma, inquit, nemo dubitârit imperito quodã initio fusum, & auriũ mensura & similiter decurrentiũ spaciorũ obseruatione esse generatum, mox in eo repertos esse pedes. Quod ab Aristotele videtur desumpsisse, qui de origine Poëticæ disputans, eam à natura manare dicit, à qua omnes ad imitandum sumus informati, qua parte cætera animalia antecellimus: sed & insitam nobis à natura harmoniam & numerum (cuius partes esse metra constat) ait. Vnde ij, qui ab initiò ad hæc erant comparati, ea paulatim promouentes ex rudi atq; imperito & spontaneo quodam principio (sic enim Gyraldus ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων interpretatur) Poëticam genuerũt: pro diuersa aũt cuiusq; natura diuersam etiã formã illa sortita est. Vnde colligas Philosophũ magis ad veritatẽ accedere, qui huius scientiæ caput ab ipsa Natura parẽte deriuet. Quod etiã Lilius, sed magis perspicuè vidit, cuius hæc sunt verba. Sed quis nõ ipsam Poëticã potiùs dicat cũ ipso Mũdi principio incepisse, vel id velitis Philosophorũ placitis intelligere, vel eo quẽ asserit Religio Christiana modo. Nã quo alio pacto cœlestes illæ immortaliũ animorũ legiones & chori inter se modulantibus concinnunt, sempiternosq; cœli orbes tẽperant, quàm hac ipsa (vt ita dixerim) cœlesti Poëtica & Harmonia? Deus certè Deus fuit, qui primùm mortalib. diuinã hãc facultatẽ ab ipso Mundi primordio, cum cæteris tot tantisq; bonis elargitus est. Hanc ideò tanti veteres & superiorũ ætatũ sapientes semper fecêre vt Deorũ laudes apud gentes & nationes oẽs hoc potius sermonis genere quàm alio cõponerent, &c. Quid verò, inquiet aliquis, an nõ quicquid est bonorũ in homine à Deo illi contigerũt? cur ergo magis de cœlesti ortu Poëtica quàm Oratoria aut alia quæuis scientia glorietur & superbiat? Audi ô tu quisquis hæc obijcis. Cùm hũc ortus splendorẽ Poëticæ attribuimus, suũ reliquis denegari nõ intelligimus, sed cùm vulgò illa quasi ꝓ re nihili haberi soleat, oportet hinc saltẽ apud oẽs inclarescere, vt maleuolẽtia eorũ qui eã temerè calũmniantur, eò magis innotescat. Prætereà queãdmodũ vnus ideq; opifex non æqualẽ industriã ac diligentiã in omnib. suis operibus, sed in his accuratiorẽ, in illis leuiorem adhibet: sic etiã nõ eadẽ est donorũ Dei dignitas, sed alia alijs sunt præstãtiora, vt in omnib. huius vniuersitatis partibus obseruare licet. Illud discrimẽ in artib. & scientijs ab illa æterna sapientia, per quã omnia condita sunt, adhibitum fuit. Hinc Poëticæ princeps illius ortus debetur gloria, siquidẽ præstantia reliquas omnes scientias lõgissimè antecellat. Cur? Ego dicam. Hominẽ prius quæro, in quẽ finẽ credas fuisse conditũ? Si primos illos pietatis fontes vel summis labris delibasti, respõdebis, ad Dei gloriã & laudes cõcinendas. Hunc ego finẽ saltẽ pro principe agnosco. Secũdarius est ille, qui in studio cõseruandæ vitæ versatur. At, quæso, quæ cõmodior ratio illũ assequendi & in vsum reuocandi quàm Poëtica, quæ, vt in prima parte iã attigimus, Musicæ est ἰσόγονος? Id iam à primo parente in cœtu fideliũ vsurpatũ ex Mosaicis, Dauidicis, & aliorũ sanctorũ hominũ canticis colligo, quæ & numeris & harmonia cõcinnata fuisse nemo est, credo, qui dubitet. Prosa quidẽ oratio reb. historicè cõmemorandis ac narrãdis aptissima est, sed Dei Opt. Max. hymnis sola Poëtica, quam tamẽ ex maxima parte adulterina hodierna Ecclesia explosit, aut ita corrupit, vt misera Poëticæ larua tantùm illi conspiciatur. Iam ergo intelligimus, vnde suam originem Poëtica repetat: cuius ignoratione misera Græcia alios autores agnoscebat. Quidam cùm rem tam diuinam non nisi à Numine proficisci posse viderent, Deum Apollinem huius inuentorem confinxerunt, vt anteà monebamus: quidam Bacchò hanc laudem tribuebant, vt qui ante Apollinem oracula reddidisset: quidam Phemonoæ Apollinis filiæ assignabant, quæ Delphis vaticinata sit: quidam, inter quos Pausanias, Oleni cuidam eam acceptam referunt, qui hymnos & oracula scripsit. Alij Thracas primos Poëticæ autores contendunt, tum propter loca in illorum regione Musis dicata

Pimplam,

Pimplam, Olympum, Libethram: tum quòd coryphæi illi Poëtarum Orpheus, Musæus, Thamyris, ibi oriundi fuisse prodantur. Quid quòd Musicorum organorum nomina pleraque sunt barbara, Sambyca, Nablia, Barbitos, Magadas, aliaq; id genus? vt studiosè à Gyraldo collectum esse comperio. Sed illa sunt cæcorũ hominum de coloribus iudicia. Nos datam illam primo parenti à Deo iam agnoscere ostendimus. Sed nondum expeditum est negotium, & quæri posse video, cùm vnica lingua primus ille parens vteretur, quo pacto in tam diuersas posteà diductam existimem? Ego verò respondeo, ad Diluuium vsq; integram illam linguam mansisse. Porrò hîc nullus est, qui nos mouere debeat scrupulus. At in Diluuio vnica Noachi familia illos Poëticæ primigeniæ thesauros reconditos in arca habuit: posteà verò in illo turris Babel monstroso & impio ædificio immissa quidem est illa linguarum confusio, vt se ad inuicem extructores illi non intelligerent. Sed tamen remanserunt pristinæ illius Poëticæ, vt & aliarum artium vestigia, licet corrupta & omnino vitiata, quod ex cultu diuino colligo, quem solus Noachus cum pia sobole integrũ seruauit. Chamitæ tantùm in diuersa abierunt. Sic ergo ratiocinor: licet immutatam loquendi rationem omnes illi ædificatores senserint, rerũ tamen cognitionem ijs non ereptam, quam ex summo illo doctore Noacho perceperãt: vbi præcipuus locus erat Poëticæ, quæ hymnis cœlestibus concinendis inseruiret, vt iam monuimus. Quanquam non dubito, quin autores huius sceleris grauiorem inscitiæ pœnam sint passi, quàm vt multùm sani retinuerint. præter enim illam confusionem linguarum in reprobum sensum sunt cõiecti, quasi indigni qui puris & sinceris Dei donis imposterum gauderent. Hinc factum est, vt verus Dei cultus non æquè apud omnes Noachi posteros remanserit ac viguerit: pari ratione de scientijs iudico, quarum cognitionem pij impijs perfectiorem retinuerũt. Ergo distributis ac dissipatis in totum Orbem terrarum Noachi familijs, Poëtica etiã ista primigenia & distributa & dissipata est. Hinc Græcia suos Orpheos, suos Musæos, suos Linos, suos Amphionas, & reliquos celebres vates habuit. Qua de re aliàs peculiari tractatu, De gentium commigrationibus, quem affectum apud me habeo, fusiùs agetur. Hæc crassiusculè delineasse sufficiat, vnde saltem Poëticæ originem & antiquitatem intelligimus. Nam quousq; tandem nugis Græcorum aut Latinorum de ea scribentium fidem adhibebimus? Sanè tandem aliquando cum ijs delirare desinamus, vt & in ipsis poëticis Mythologijs enucleandis, in quibus tot hominum eruditorum labor & ridiculus (dicam enim quod sentio) & irritus hactenus fuit. Altiùs nobis sunt omnia repetenda, & ex prima illa rerum omniũ origine deriuanda: quod nos etiam in Mythologico nostro olim, Deo dãte, docebimus Restat, vt de dignitate Poëticæ nonnulla dicamus, ad cuius iudicium non plebem, neq; ex eruditis etiam multos seligamus. Vt enim Tullius poëma paucorum approbatione moueri dicit, idem de ipsa efficiente sentiendum. Ea est sanè natura Poëticæ, vt vilescere nolit: vilesceret autem, si cuiuis eam attrectare licuerit. Itaq; vt ad sacra initiati tantùm admittuntur, fœdum vulgus ab ijs repellitur, sic nos cum paucis & ijs melioris notæ viris colloquamur, & apud eos laudes nostræ Poëticæ exponamus, cæteros quasi virosas fœminas ab hoc speculo remoueamus. Iam docuimus, primũ Poëticæ vsum eum fuisse, vt ad laudes Dei concinendas adhiberetur Egregium sanè vsum auditis, quẽ sacrosanctis illis Dei Opt. Max. cohortib. familiarem piè & verè affirmare possum. Quid enim aliud turbam Angelorum in cœlis agere putas, quàm perpetuis Numinis encomijs concelebrandis occupari? Intuentur, admirantur, suspiciũt, & indefatigatis vocibus Maiestatem illam nulli mortalium notam personant Hæc est illa cœlestis harmonia, quam figuratè & obscurè intellexit Pythagoras, Orphica theologia instructissimus. Illa est illa diuina Poëtica, quã hæc nostra humana spirat, aut spirare saltem debet, & in primis quidem seculis spirauit, quæ tota fuit non solùm philosophica, sed etiam theologica. Satis dignè laudare Poëticam mihi videor, cùm hæc dico. Nã quid augustius de ea re excogitari potest, quæ non solùm tota diuina sit, sed tota Deo primùm inseruierit, ac in concelebrãdo rerum omnium parente solùm versaretur? Et quamuis Poëticæ illius primariæ, hoc est, ante Diluuium, monumenta nulla restent, quæ verè primis illis hominibus vindicari possint, vnde nostra hæc propositio confirmetur, tamen ex fine creationis hominis, quam antea attigimus, satis dilucidè hoc ipsum intelligitur. Postmodum verò diu etiam in hoc regno triũphauit Poëtica, sed tandem in alios vsus, vel abusus potiùs detorta. Id tamen familiare ei fuisse autumo, vt obscurè de rebus sacris & diuinis scriberet, vt ab ijs tantùm intelligeretur, quibus Deus tantum ingenij largitus esset, vt in hæc mysteria penetrarent. Aenigmatica ergo saltem, vt plurimùm fuit illa Poëtica, quæ ratio diuinas res tractandi in sacris paginis etiamnũ apparet. Quid illa, quæso, de Christo prophetia, *Exorietur Leo de tribu Iuda*, nonne illam prę se fert? Sed altiùs ascendamus. Verba Dei ad serpentem in parentis nostri lapsu nonne fuerunt planè ænigmatica? *Inimicitias*, inquit, *ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Deus de Christo suo intellexit, & tamen id ipsum perspicuè non declarauit: poterat siquidem dicere, Nascetur olim filius meus ex mulieris sobole, quæ Diaboli vires confringet: at dixit, *Semen mulieris conteret caput serpentis.* Cuius verò Serpentis? An non Serpentis quoque nomen fuit allegoricum: siquidem angelum tenebrarum Principem innuat? Hunc locum maximè attendi volo. Ibi enim doctrinæ Christianæ versatur fundamentum: quod cùm tam obscurè Deus initiò proposuerit, iam non amplius dubito, quin in reliquis diuinis mysterijs referandis eadem regnãrit obscuritas, qualis in libris Prophetarum passim cernitur, vsque ad Mediatoris nostri aduentum, qui tamen vulgò non alia ratione quàm allegorica eadem mysteria reuelauit. Sic cùm de corpore suo intelligeret, templum tamen destructum iri dicebat: & mortem suam signum Ionæ appellabat. Hinc tot frequentes parabolæ, quas suis tantùm discipulis exponebat: reliquis verò minimè, ijs tantùm iussis attendere, vsitato illo quasi epiphonemate, *Qui aures habet, audiat.* quod in veteri Poëtica proculdubiò sæpissimè fuisset occinendum. Illius veteris obscuritatis luculentissimum habetis exemplum in nobili illo Cantico Canticorum, vbi rem tam sacram etiam verbis specie & sono minus decoris diuinus ille Vates Salomo velauit, vt iam Gregorius Nyssenus mirabili & peculiari opere manifestè docuit. His qui refragabitur, non solùm pertinacem, sed & impium eum esse oportet Hinc illæ lacrymæ: hinc, inquam, tantoperè vitiata Theologia apud Ethnicos. Nam cùm à maioribus rerum diuinarum cognitionem ita ęnigmaticam accepissent, factum est, vt posteri illam ignorantiam, cùm iam vero illo doctore Deo destituerentur, qui lucem veritatis iusto illorum merito illis eripuisset, mysteria plurima malè intellecta vitiãrint, siue hoc etiam sacerdotum, & eorum quibus Poëticæ illius cura erat demandata, aut malitia, aut auaritia acciderit, quæ Luciferi, illius pietatis hostis effecta extiterunt. Id paucis doceamus, quod aliàs, vt iam sumus polliciti, copiosiùs præstabimus. Cùm ergo primi illi Poëtæ, qui mysteria creationis literis mandabant, dixissent, Mundũ hunc ex nihilo fuisse conditum, ecce succedentes Poëtæ & Theologi noctem ante res cõditas imaginati sunt, quæ verè nihil est. Et ita loquitur Spiritus Sanctus, his verbis: *Et tenebræ erant super faciem abyssi.* Hinc Orpheus θεολογικώτερον matrem omnium rerum Noctem appellauit: hinc Nocti postmodum assignata diuinitas, imò Nox pro Dea habita, cùm non intelligerent, quo pacto nox illa, quæ diei succederet, mater rerum omnium diceretur, quàm si Dea esse existimaretur. Videtis originẽ superstitionis ex

Verita-

veritatis fonte de ductam? Sic cùm obscuriùs in eadem Poëtica tractaretur quippiam de personarum in Deo trinitate, quarũ secunda Sapientia appellabatur, quod nomen sæpissimè Christo in sacris paginis tribuitur, vide quò sint abducti, vt Deam quandã sapientiæ confingerent, quam Mineruã appellârunt, vt alicubi in Homero pleniùs docemus. Sed & eadẽ obscurè futurã illius secundæ Trinitatis personæ pugnã cum Mundi principe describebat: hinc nugæ illæ de Apolline Pythonẽ sagittis interimente. Cùm aũt idem Dei Filius allegoricè Sol appellaretur, vt Solẽ iustitiæ Spiritus Sanctus vocat, factũ, vt Apollo ille pro Sole etiam acciperetur. Prętereà cùm in eadem Poetica obscuriùs diceretur, Sapientiã illã æternam delaturam in terras panẽ cœlestẽ: hoc est, vitã æternã, factũ est, vt Isidẽ Ægyptij prodiderint, teste Leone Ægyptio, primã omniũ se coronasse corona spicea, per quã panis ille viuus, ille panis vitæ significabatur, id est, Christus, qui se panẽ etiã cœlestẽ nominat. *Ego sum*, inquit, *panis viuus, qui de cœlo descẽdi, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Ibidẽ prædicebatur duorũ fratrũ ortus, alterius quidẽ ab immortali patre, quorũ hic illũ à morte redimeret, ille Castor, hic Pollux appellabatur. Et hoc ita detortũ est, vt in fabulas abierit. At illud verum fuit vaticinium, quanquam obscurum, de Ioanne Baptista & Christo. Ille cæsus ab Herode vitæ æternæ Christi morte restitutus est. Cur autem ille Castor, hic Pollux diceretur, aliàs explicabimus. Placet mihi mirum in modum iudicium Goropij mei de Poëtis in Indoscythicis, Fures esse sacros vates, sed Laconicos, quos non quiuis deprehendat. Multa enim à veteri illa Poëtica ad sua nugamenta deduxerunt. Possumus alia insuper adducere, quæ huius sunt argumenti, sed breuitatis causa relinquimus. Id tantùm moneo, si quis Poëtica mysteria attentiùs consideret, perspecturum facilè, eius originem à vera illa & ænigmatica primaria Poëtica deriuatam, sed per lutosos ac sordidos aquęductus, vbi limpiduli illi fontes primũ nitorem amiserunt. Miremur ergo Poëticæ illius pristinæ dignitatem, quæ rebus tam preciosis & minimè vulgarib. destinaretur. Sed cur idcircò maiorẽ sui admirationẽ concitat, quàm si dilucidè & apertè omnia proposuisset? Quia ea est, vt dixi, natura sacrorum, vt recondi velint, si nimium euulgentur, iam sacra esse desinunt. Sic Reges thesauros & gazas suas occultant, & ab omniũ oculis remouent, ne euilescant. Quemadmodum aũt eos qui illarum custodiæ præsunt, amicos Regum existimamus, quid erit, quæso, de Poëtica sentiendum, quæ arcana illa Dei continuit, atq; etiam num hodie continet? Mihi sanè reliquis omnibus scientijs anteponenda videtur, quæ quasi perpetuũ cum Numine agat cõmercium, quæ illius fruatur colloquio, cui Deus tot pietatis & religionis thesauros explicauit, atq; etiã custodiendos seruandosq; demãdauit. Fremite scioli & importuni homines, quib. hæc humana & mortalia cordi sunt, qui nihil aliud quàm honores, quàm põpas, quàm magistratus nescio quos turgidè spiratis, qui solas leges Iustinianeas crepatis, qui paragraphum vnũ aut alterum pluris, quàm vos ipsos facitis. Ego verò longè meliùs mecum actũ puto, si mihi tã pio & planè laudabili studio in arcana diuinitatis penetrare licuerit. Ego præ vna aut altera huius tam sacræ cognitionis portiuncula vestras illas phaleras vitiosa nuce diuendero: non quòd non intelligam, vestram quoq; operam in Repub. administranda bene collocari. Sed quia vos hoc prætextu ad crassam & fœdam tam diuinæ rei ignorantiam abutimini, quasi id solum cuilibet agendum sit quod vos agitis, reliqua studia vana sint & futilia præ nobili vestra illa Iurisprudentia. Atqui illa quoque rerum diuinarum cognitionem præcipit. Sed quotus quisq; vestrûm hanc partem persequitur? Verùm quid frustra me torqueo? Id porrò statuo, quemadmodũ vos pertinaciã in vestra opinione tuenda ostentatis, me quoque in mea sententia constantiam meam in posterum exhibiturum. Nec mea tanti interest, vt vobis placeam. Aliud est enim vulgo, aliud sapientibus placere: quod postremum ego, quantum possum, amplector. Salue ergo sacrosancta Poëtica, quæ sub tanto fabularum felle tantam mellitæ doctrinæ copiam occultâsti, & eam indignis non retexisti. Si tu me tanti facis, vt inter mystas tuos admitti possim, nunquam erit, dum viuam, vt te deseram: cæterùm cauebo, ne profanis aditus ad adyta tua pateat. Tu verò, Deus Poëticæ, Deus Opt. Max. dum hoc studium cum tanto pietatis studio pro viribus meis excolo, fauoris tui cornu in meam operam defunde, vt quam apud proteruam istam mortalium turbam, gratiam non consequor, apud te Deus Opt. Max. consequar. Atque hanc partem dignitatis Poëticæ adduxisse sufficiat, ne hæc nostra Prolegomena in nimiam excrescant molem. Eam enim aliàs peculiari volumine, si Deus dederit, fusiùs persequemur: vbi docebimus, qua ratione cum magno fructu Poëtæ legi debeant, & quàm hactenus in ijs omnes penè dilirârint. Vulgares autem Poëticæ defensiones petes ex Rhodigino, lect. antiq. lib. 7. Gyrald. in hist. Poet. Strabone aduersus Eratost. in Geograph. Proclo, Maximo, Heraclide, Pontico, Petrarcha, Boccatio, & alijs. Sed & H. Stephanus vir eruditissimus, & de Poëtica optimè meritus, in heroica illa heroicorum Poëtarum editione hoc ipsum attigit. Poëticam etiam Scaliger illustrauit, vnicum Poëticæ lumen Homerum, obscurauit. Iam ad Homerum accedamus.

DE HOMERO.

Quis post Herodotum, Plutarchum, Suidam, Politianum, Camerarium, & alios viros eruditissimos de Homero scribere molietur, eum plerique aut futilem, & qui operam suam ludere velit, iudicabunt, aut in re tam veteri aliquid nouum & inauditum proferendum, ne molestæ illius ἀδολεσχίας crimen incurrat. Sed quia non omnino inutilis fuit vnquam existimatus labor eorum, qui in re literaria dispersa aut dissipata in vnũ colligunt & coaceruant, eum suscepturi reprehensionum spicula non veremur: modò intelligam, me diligentia mea aliorum studio satisfacere, cùm præcipuè Interpreti Homerico nihil potius aut antiquius esse debeat ex vsitata huiusmodi scriptionis consuetudine, quàm autoris ipsius historiam perlustrare, & eius studiosis proponere. Sed & tam variorum scriptorum repetitioni, quam instituimus, si cuiquam morosa fuerit, aliqua etiam nouitate tædium & fastidium tollam, vt ex ipsius lectione & aliorum scriptorum comparatione facillimè colliget. Dicamus ergo primùm de Homeri parentibus. Herodotus eius genus in hunc modum deducit. Cùm vetusta (inquit partim Heresbachio, partim Stephano Interpp.) illa Æolum ciuitas Cuma primùm conderetur, eòdem cùm aliæ permultæ omnisque generis gentes Conuenæ confluxerunt, tum è Magnesia illuc plerique commigrarunt: inter quos fuit Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus: non cum multis sarcinis illuc se conferens, sed tenues fortunas habens. Hic Melanopus Omyretis Cumani filiam duxit vxorem, procreauitque è legitimo toro fœmineam prolem, cui nomen indidit Critheidẽ. At ipse Melanopus vnà cum vxore vita functus est commissa interim filia Cleanactis Argiui tutelę quo familiarissimè vti consueuerat. Porrò tempore interiecto accidit fortè, vt puella ista è furtiuo concubitu prægnãs deprehẽderetur. Quod initio quidẽ celatũ fuit: sed cùm Cleanax rescijsset, vehemẽter rei indignitate cõmotus, Critheidẽ seorsum ad se accersitã acerbè obiurgauit, cõmemorans quæ futura esset apud populares infamia. Postremò huiusmodi quippiã, quò illã excuteret, cõminiscitur: Cumani iã tum in Hermei sinus recessu ædificabãt. Ciuitati aũt,

quæ condebatur, nomen impoſuit Smyrnam Theſeus, ab vxoris nomine, cuius memoriam relinquere volebat. Hic Theſeus è primarijs Theſſalorum fuit, qui Cumam condiderant, ab Eumelo Admeti filio oriundus, vitæ facultatibus apprimè inſtructus. Clàm exportatam huc Critheidem Cleanax Iſmeniæ Bœotio commiſit, ex ijs qui coloniam illuc duxerant, inprimis ſibi amico. Progreſſu deinde temporis Chritheis cum alijs mulierculis ad feſtum quoddam egreſſa, iuxta fluuium Meletem, cùm partui iam vicina eſſet, Homerum peperit, non cæcum, ſed videntem, nominauitq; eum Meleſigenem, à fluuio videlicet, prope quem editus eſt. *Hæc ille*: ex quibus tamen nondum intelligo, quis ſit Homeri noſtri pater, vnde vulgò quæſitus dici poteſt. Quod licet ignominioſum eſſe ſoleat, vt docet etiam Plutarch. in lib. de educ. lib. tamen nos tanti hoc non facimus, vt ideò diuino Poëtæ detractum arbitremur in ea parte, qua eum laudari volumus. Quid enim ingenij claritati generis obſcuritas officere poteſt? Sed nullus eſt, credo, tam ſtolidus, qui hoc noſtro Vati obijcere audeat Porrò remoras fruſtrà nobis ne quæramus. Vidimus ergo, quid de Homeri parentibus Herodotus ſcriptor in ſuo genere omnium antiquiſſimus, cui eo nomine plurimum tribuendum videtur: ſed tamen eius autoritas varias ea de re ſequentium ſcriptorum opiniones non ſuſtulit. Nam, vt refert Plutarch. in lib. de Hom. Ephorus Cumæus in lib. quem de Cumæis rebus inſcripſit, hoc agens, vt eum gentilem ſuum fuiſſe oſtendat, Atellem, Mæonem, & Dium fratres Cuma oriundos perhibet fuiſſe. Ex his Dium æris alieni cauſa Aſcram, qui eſt Bœotiæ pagus, commigraſſe: ibiq; Pycimeda vxore ducta Heſiodum procreaſſe. Atellem Chritheidis filiæ ſuæ tutela Mæoni demandata, in patria mortem cum vita commutaſſe. Ab hoc auunculo vitiatam puellam, ab eodemq; eam, ciuium ob perpetratum facinus damnationem metuente, Phemio Smyrnæ literas docenti nuptum traditam. Porrò eam cùm ad lauacra, quæ propter amnem Meletem ſunt, deambularet, partu Homerum edidiſſe iuxta ipſum amnem: inde Meleſigenem filium appellatum. Mutato autem nomine vſurpatum fuiſſe, cùm luminibus eſſet captus. Tales enim à Cumæis & Ionibus ὁμηροι vocantur, quod ὁμηρεύόντων, id eſt, ductorum indigeant. *Hæc Ephorus.* Ariſtoteles autem (vt ait idem Plutarch.) tertio de Poëtica ſcribit, in inſula Io, quo tempore Neleus Codri filius Coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam indigenam à genio quodam ex eorum numero, qui cum Muſis choros ducunt, compreſſam, cùm intumeſcente vtero facti pudore moueretur, deueniſſe in quendam locum, cui nomē eſt Aegina. Ibi à prædonibus, qui eò excurſionem feciſſent, captam, Smyrnamq; adductam ab his, Lydorum (ſub his enim tunc erat Smyrna) regi Mœoni ſocio ſuo dono datam, ab hocq; pulchritudinis cauſa in matrimonium eam adſcitam. Hanc cùm ad Meletem fluuium commoraretur, partus doloribus circumuētam ad ipſum fluuium peperiſſe Homerum ſtatimq; expiraſſe. Infantem à Mœone ſuſceptum, filijq; loco enutritum: paulò pòſt ipſum Mœonem in fata conceſſiſſe. Secundum hæc cùm Lydi ab Aeolibus affligerentur, ac de Smyrna relinquenda cogitarent, & duces per præconem ſequi iuſſiſſent, eos qui vellent, exire vrbe, Homerum puerulum etiamnum ſe quoq; ὁμηρεῖν (.i. ſequi) velle dixiſſe. Inde pro Meleſigene Homerum appellatum. Ita Plutarchus: ex quibus Homerum aut ex inceſtuoſo concubitu, aut ex Dæmone genitū colligimus. Poſtremum iſtud inductum eſſe arbitror propter diuinum hominis ingenium, quod non niſi Deum quempiam parentem illius ex quorundam opinione eſſe poſſe arguebat. Hoc ego quidem ſcio à Chriſtianis hominibus non admittendum, ſiquidem cum Hieronymo, Auguſtino, Chryſoſtomo, Nazianzeno credendū puto, ex copulatione Dæmonum cum mortalibus nihil procreari: quod ſi fiat, diabolum in carne, nō hominem fore. Scio quid Lactantius, quid Ioſephus prodant: ſed ego reliquorum autoritati plus tribuo, quòd ſit cum ratione coniuncta. Solus enim homo hominem generare poteſt. Diabolus ſi generaret, Diabolum, hoc eſt, Spiritus Spiritum generaret. Quanquam ex vna ſpecie diuerſas in natura fieri intelligo, vt ex tritico hordeum in Bohemia, ex arboribus lapides, & alia id genus, quæ huius loci non eſt perſequi: ſed hoc in generatione hominis obtingere pernego: licet etiam interdum Natura in monſtris edendis ludat. Vt autem Diabolo vim generandi hominem tribuam, nondum adducor. Porrò miror, hoc auſum eſſe Ariſtotelem naturæ peritiſſimum prodere, niſi ille vulgarem eſt ſecutus errorem de Dæmonum cum mulieribus coitu, quem nos quoq; non negamus. Fabulas, quæ hæc produnt, aliàs exponemus. Nolo ergo, Homero hunc parentem tribui, niſi quatenus hinc illius, ingenij diuinitas, quæ ad hæc confingenda homines induxit, colligitur. Suidas diligens ſcriptor opiniones etiam quorundam de Homeri parentibus propoſuit. Alij dicunt, eum Meletis fluuij Smyrnæi (ſed hoc fabuloſum) & Critheidos filium: quod videtur ex hiſtoria Herodoti detortum. Alij Apollinis & Calliopes: qua de re vide Epigramma inter illa, quæ de Homero mox ſubiungemus. Alij Telemachi Vlyſſis F. & Polycaſtes Neſtoris filiæ Affert inſuper aliam genealogiam Homeri ex Charace hiſtorico in hunc modum. Aethuſæ, Thraciæ mulieris filius fuit Linus, huius Pierus, huius Oeagrus, huius Orpheus, huius Euclees, huius Iamonides, huius Philoterpes, huius Epiphrades, huius Melanopus, huius Apelles, huius Mæon: qui vnà cum Amazonibus Smyrnam venit, & ducta vxore Eumetide, Euepis Mneſigenis filij filia, procreauit Homerum. Sed locus Suidæ aut tumultuariè & raptim ſcriptus eſt, aut omninò corruptus. Nam initiò præmiſerat ex eodem Charace Homerum Maronis aut Mitiæ (μάρωνος ἢ μιτίυ) & Eumetidis matris eſſe filium. Quæ ego tam ſubitò diſcrepantia non concoquo, niſi vbiq; ſit legendum Mœon: vnde etiam dictus eſt Mœonides. Vide quæſo, quàm diuerſa de Vatis noſtri parentibus tradantur, cui adde quod adhuc Plutarchus monet, quoſdam prodidiſſe, eum Mœonis & Critheidos fuiſſe filium Nobis itaque qui longiùs ab illis temporibus diſtamus, veterumque librorum ope deſtituimur, non licet pronunciare quid verè ſentiendum ſit, niſi quod moneo, fabulas illas de Melete fluuio, & Dæmone procul remoueri. Et cùm Homerus ipſe nobis hanc hiſtoriam ſui inuiderit, vlteriùs eam non inquiramus. Non tanti eſt hoc cognoſcere: id tamen tenendū videtur, eum obſcuro genere natum, quod ipſe poſtmodum ſuarum virtutum ſplendore illuſtrauit. De illius autem patria non minor eſt controuerſia. Si credas Herodoto, Smyrnæus erit: ſi Pindaro, tum Chius, tum Smyrnæus: ſi Simonidi, Chius: ſi Antimacho, & Nicandro, Colophonius: ſi Ariſtoteli, Ienſis: ſi Ephoro, Cumæus: ſi alijs, Salaminius: ſi alijs, Argiuus: ſi Ariſtarcho, & Dionyſio Thraci, Athenienſis: ſi alijs, aut Troianus ex agro Cenchreorum, aut Lydus, aut Ithacenſis, aut Cyprius, aut Gnoſſius, aut Mycenæus, aut Ægyptius, aut Theſſalus, aut Italus, aut Lucanus, aut Gryinus, aut Romanus, aut Rhodius. Atqui, inquies, ſeptem tantùm vrbes eum ſibi vendicare arbitrabar, quod etiam Tullius in oratione pro Archia exprimit, & ita continetur in Epigrammate quod poſteà ſubiungemus. Sed illa tamen tum Plutarchus, tum Suidas diligentes ſcriptores prodiderunt. Ita in medio poſitus literarum princeps, ceu Atalanta illa, aut Hippodamia à tot tamque egregijs ciuitatibus (*& regionibus*) quaſi à generoſiſſimis procis certatim expeditur, vt eleganter dixit Politianus. Si nobis vetuſtas librum Didymi Grammatici, *de Homeri patria*, reliquiſſet, poteramus plura ea de re dicere, ſed hæc tantûm conciſè tradita ſuperſunt. Id vnum, nouum aut ſaltem non ita tritum, aut ita cuiuis notum afferam, quod quidam Ægyptium Homerum eſſe voluerunt. Apud Heliodorum in Æthiopica hiſtoria Calaſiris Ægyptius id teſtatur

tur

tur his verbis: Ὅμηρος ὑπ᾽ ἄλλων μὲν ἄλλοθεν ὀνομαζέσθω, καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις, ἦν δ᾽ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος, καὶ πόλις αὐτῷ Θῆβαι αἱ ἑκατόμπυλοι ὡς ἔστι κατ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον. πατὴρ δὲ τῷ μὲν δοκεῖν, προφήτης, τὸ δὲ ἀψευδὲς Ἑρμῆς. οὗπερ ἦν ὁ δοκῶν πατὴρ προφήτης. τῇ γὰρ τούτου γαμετῇ τελούσῃ τινὰ πάτριον ἁγιστείαν καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν καθευδούσῃ συνῆλθεν ὁ δαίμων, καὶ ποιεῖ τὸν Ὅμηρον, φέροντά τι τῆς ἀνομοίου μίξεως σύμβολον· θατέρῳ γὰρ τοῖν μηροῖν αὐτόθεν ἐξ ὠδίνων, πολύ τι μῆκος τριχῶν ἐπεπόλαζεν. ὅθεν παρ᾽ ἄλλοις τε, καὶ οὐχ ἥκιστα παρ᾽ Ἕλλησιν ἀλητεύων, καὶ τὴν ποίησιν ᾄδων, τοῦ ὀνόματος μὲν ἔτυχεν. αὐτὸς τὸ ἴδιον οὐ λέγων, ἀλλ᾽ οὐδὲ πόλιν ἢ γένος ὀνομάζων, τῶν δὲ ἐγνωκότων τὸ περὶ τὸ σῶμα πάθος, εἰς ὄνομα κρατησάντων. τί δὲ σκοπῶν ἐσιώπα τὴν ἐνεγκοῦσαν; ἤτοι τὸ φυγὰς εἶναι καταιδούμενος· ἐλάθη γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὅτε ἐξ ἐφήβων εἰς τοὺς ἱερωμένους ἐνεκρίνετο, ἀπὸ τῆς κηλῖδος φερομένης ἐπὶ τοῦ σώματος, νόθος εἶναι γνωρισθείς· ἢ καὶ τοῦτο σοφίᾳ κατεργαζόμενος, κἀκ τοῦ τὴν οὖσαν ἀποκρύπτειν πᾶσαν ἑαυτοῦ πόλιν, πατρίδα μνώμενος. ταῦτα μὲν, inquit Cnemon, εὖ τε καὶ ἀληθῶς μοι λέγειν ἔδοξας. τεκμαιρόμενος τῆς τε ποιήσεως τοῦ ἀνδρὸς, τὸ αἰνιγματῶδές τε καὶ ἡδονῇ πάσῃ συγκεκραμένον, ὡς Αἰγύπτιον καὶ τὸ τῆς φύσεως ὑπερέχον. ὡς οὐκ ἂν οὕτω τοὺς πάντας ὑπερβαλλόμενον, εἰ μή τινος θείας κηδεμονίας ὡς ἀληθῶς μετεῖχε καταβολῆς, id est, Stanislao Vuarscheuuiczki Polono Interprete. Homerus ab alijs quidem aliunde nominetur: Et patria cordato sit vrbs quæuis viro. erat autē reuera nostras Ægyptius: & vrbs illi Thebæ centiportes, vt ex ipso cognoscere licet, (hoc tantùm ad ipsum vrbis Epithetum refertur) pater autem opinione hominū antistes: sed non mentientibus (sed reuerà) Mercurius. Atqui erat illius existimatus pater antistes, eò quòd cum eius vxore celebrante quædā sacra patria, & in templo dormiente, coiuit Deus, & Homerū procreauit, ferentē notā incestæ consuetudinis (incesti coitus) in vtroq; enim femore inde vsq; ab ipso partu ingens longitudo crinium innatabat (luxuriabat) Vnde cùm inter alios tum inter Græcos oberrans, & poëma canens, nomen est nactus: ipse quidem nomen proprium non dicens, neq; patriam aut genus nominans, cæterùm ijs qui sciebant illam corporis affectionem vt in nomen illi verteretur perficientibus. Quorsum aūt spectans (inquit Cnemon) tacebat patriā? Aut quòd pudebat illum exilij: erat. n. pulsus à patre, quando ex ephebis inter consecratos recensebatur, ex eo quòd notā ferret in corpore spurius cognitus: vel hoc etiam sapienti consilio fecit: ac dum veram celaret omnem vrbem patriā sibi vendicabat. Hæc quidem, (inquit Cnemon) rectè & verè dicere mihi visus es facienti coniecturam ex poëmate viri, cum omni voluptate & oblectatione, quasi Ægyptia temperato, & ex naturę excellentia: quæ certè ita omnes nō superaret, nisi è diuinis quibusdam reuera fundamentis extitisset. *Hæc ille.* Ex quib. iterum à Dæmone genitum Homerum intelligemus, sed opinione nō probabili, vt anteà dicebamus: iterū etiā ratione illius nominis audimus quasi à femoris affectu vel adiuncto, ὁ μηρὸς, id est, femur diceretur. Cæterùm id non est prætereundū, quod apud Lucianū Verarum hist. lib. 2. ipse Homerus eos ridet, qui de sua patria contendunt, seq; Babylonium esse ait, siquidem à ciuib. suis non Homerū, sed Tigranē vocatū fuisse: posteà verò cùm apud Græcos obsidis officio functus esset, (.i. ὁμηρεύσας) pristinam appellationē mutasse. Gallus apud eundē Lucianū in dialogo Gallus, dicit Homerum tempore belli Troiani camelum Bactris (quæ vrbs est Assyriæ) fuisse. Nugæ quidē ex μετεμψυχώσει Pythagorica sed quæ doceant Lucianum credidisse Homerum esse Assyrium. Stephanus oraculū adducit in quo patria matris Homeri Io dicitur, quasi fortasse eum Iatensem ideò esse voluerit. Vide etiam Luciani dialogum, de Demosthenis encomio, vbi dicit Thersagoras difficile esse Homerū laudare quod nihil de eius patria certi habeamus. Herodotus verò contendit eū fuisse Aeolium, vt pleniùs ex eius libro intelligi potest, Athenæus lib. 4. Dipnosoph. eū Syrum facit, atq; ex suæ patriæ more fingere priscos Heroas piscibus abstinuisse, cùm eorum sit in Hellesponto magna copia Hoc autem refert ex Meleagri cuiusdam Gadarensis libro, qui Gratiæ inscribebatur. Atq; hæc sunt quæ de Homeri patria tantùm cōperio Quid verò? inquiet aliquis: ignoras quę Archilochus libello de Temporib. de octo Homeris tradat, vnde videtur posse illa lis de Homeri patria facillimè pacari? Minimè gentium, inquam: imò legi & sæpissimè cum admiratione relegi: Sed illa fuit stuporis hominum admiratio, qui hæc nunquā ab Archilocho illo Homeri nostri coætaneo scripta credunt. Enimuerò quis fuit Archilochus? an non Græcus? Cedò ergo exemplar Græcum Archilochi: quis nobis hunc temerè & impudenter nō probata antiquitatis fide obtrusit? Scio quis sit Tatiani Assyrij, quis Eusebij Archilochus, hanc laruam nondum recognosco. Vbi quæso tandiu latitauit, vt neq; ab ipso Herodoto, neq; à Plutarcho curiosis de Homero scriptoribus visus vnquam fuerit? An si vidissent, tanti viri & antiquissimi ac testis omni exceptione maioris authoritatem neglecturi videbantur? O tenebras Cimmerias, quæ hunc illis occultauerunt! Sed suppositítios istos partus explodamus, & Annium nostrum qui similes nugas suis ornauit commētarijs à veritatis subsellijs arceamus. Illius tamen in Homeri historia mendacium euidentiùs mox demonstrabimus, cùm de illius ætate differemus. De Homero autem in tanta de eo cōtrouersia possimus fortasse dicere, quòd Suidas, eum ignotum esse hominibus. Cuius tamen historia, eodem Suida iudice, omnium optimè ab Herodoto est conscripta. Idem alios Homeros nobis proponit, vnum Grammaticum & Tragœdum Andromachi & Myronis Byzantiæ filium, septemq; illis annumeratum qui secundas partes inter Tragicos obtinent, & Pleiadis cognomentū habuerunt: qui floruit Olymp. 24. scripsitq; tragœdias 45. Alium Sellium cognomento, Grāmaticum, qui conscripsit Hymnos, Ludicra versibus, & soluta oratione de Comicis personis, Argumenta Menandri Fabularum. Sed hæc longè distant ab octuplici illo Homero, quē nobis inculcat Pseudi Archilochus: & tamen non inscitu digna, vel propter Hymnos, qui nomine Homeri circumferuntur, quos huic postremo Homero possis vendicare, vt aliàs dicemus. Lites de Homeri parentibus & patria vidimus, tertia restat de ætate qua vixerit. De qua Herodotus his verbis, Heresbachio interprete: Cæterùm, inquit, ætatem Homeri siquis diligenter recteq; ratiocinetur ex hisce facilè deprehendet. Nempe ab expeditione Græcorum quam Agamemnon & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum pòst atq; triginta Lesbus oppidatim habitari cœpit, quum antea nullam prorsus haberet ciuitatem. Post Lesbum habitatam annis viginti Cuma Aeolica & Phricotis appellata, habitata fuit. Porrò à Cuma annis duodeuiginti in Smyrnam Cumani colonias deduxerunt: quo tempore natus fuit Homerus. Ab Homero autem nato anni sunt sexcenti viginti duo ad Xerxis vsque in Gręciam traiectum, qui videlicet iuncto pontibus Hellesponto cum exercitu ex Asia in Europam penetrauit. Ex his igitur tempus illud calculo colligere facile fuerit ei, qui Prætorum Atheniensium rationem habuerit. Centū autem & sexaginta octo post Troianum bellum annis extitit Homerus. Quid audio, Herodote? atqui tu ipse secundo historiarum libro ita dicis, Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισιν ἔτεσι δοκέω μεῦ πρεσβυτέρους γενέσθαι καὶ οὐ πλέοσι, id est, Hesiodū & Homerum ætate quadringentis annis opinor me antiquiores esse & non pluribus. Bellum autem Troianum antecedere ætatem, in qua tu viuebas, annis octingentis testaris. Hanc dissonantiam cùm videret Camerarius, illud τετρακοσίοισιν in ἑπτακοσίοισιν mutabat: Sic enim, inquit, congruerent aliquatenus hæc cum ijs quæ in vita Homeri leguntur. Iuniorem esse illum Troianis annis 168. Neque enim refert quòd 68 supersunt, cùm voluerit Herodotus illo in loco constituere tempus quod ætas certè illorum Poëtarum non excederet, vt inferiores quidem, nullo autem modo superiores dici possent. Hæc Camerarius, quæ planè videntur consentire cum ijs quæ ipse Herodotus in vita Homeri scribit cum ante Xerxis in Græciam descensum 622. annis fuisse: quo ipse Herodotus posterior

fuit. Aristarchus, inquit Plutarchus in lib. de Homero, eum in id tempus reijcit, quo Ionum Colonia deducta est. Fuit hoc annis post Heraclidarum reditum sexaginta: & is reditus octoginta annis est Troiano bello posterior. Crates eum ante Heraclidarum reditum extitisse tradit: vt ne octoginta quidem prorsus annis Troianum bellum sit subsecutus. Apud plerosq; pro certo habetur centum annis eum Troiano bello posteriorem fuisse, non multò ante Olympicorum ludorum institutionem, à quo Olympiades numerantur. Anteà dixerat, quosdam existimare eum tempore belli Troiani extitisse, eiusq; fuisse inspectorem: alij centum pòst annis, alij centum & quinquaginta. Dicam tamen per transennam mirari me in eo libro Plutarchi, eius tautologiam, in parentibus, & patria Homeri describendis, quod præter illius morem factum videtur. Quid Suidas? Antecessit, inquit de Homero, primam Olympiadem annis 57. Porphyrius autem in Philosophica historia, 130. annis eam antecessisse scribit. Instituta autem prima Olympias fuit post Troianum excidium annis 460. Quidam vero 160 annis post excidium Ilij natum esse Homerum tradunt (Herodotus 168) Porphyrius autem, quẽ modò citauimus, post 235. *Hæc ille.* Tullius verò Tuscul. quæst lib. 5. Homerum temporibus Lycurgi fuisse ante Romam conditam asserit, intelligit autem proculdubiò Legislatorem, qui floruit anno orbis conditi 3180. aut circa illa tempora, 28. anno regni Alcanis 9. Lacedæmoniorum Regis, & à capta Troia 398. Ante Romam conditam 33. nisi me Chronologia Funccij fallit. Qui tamen Homerum (neglecta Tullij authoritate) anno post captam Troiam 465. & vrbis conditę 65. Mundi verò 3277. Olymp. 23. collocat. Quid Eusebius? Ex eo sanè nihil certi elicias, qui pota tribus locis diuersa ea de re tradat, tanta priorum scriptorum inconstantia abreptus. Primùm eum fuisse ex quorundam sententia refert anno Mundi 4040. deinde 4092. vbi ita loquitur, Hieronymo Interprete, Homerus secundum quorundam opinionem his temporibus iudicatur. Quanta autem de eo apud veteres dissonantia fuerit, manifestum esse poterit ex sequentibus, quidam eum ex quibus Crates, ante descensum Heraclidarum ponunt. Eratosthenes post centesimum annum Troianæ captiuitatis. Aristarchus Ionica emigratione, siue post annum centesimum. Philochorus emigrationis Ionicæ tempore sub Archippo Atheniensium magistratu, & post captam Troiam anno 180. Apollodorus Atheniensis post 240. annum euersionis Ilij: extiterunt alij, qui modico tempore antequam Olympiades inciperent 400. retro annis Troianæ captiuitatis eum fuisse putent: licet Archilochus 23. Olympiades & quintum Troianæ euersionis annum supputet. Tertiò ad annum Mundi 4288. sic scribit, In Latina historia ad verbum scripta reperimus: Agrippa apud Latinos regnãte, Homerus in Græcia claruit, vt testatur Apollodorus Grammaticus, & Euphorbius Historicus, ante vrbem Romanam conditam ann 124. & vt ait Corn. Nepos ante Olympiadem primam an. 100. Vide quot dissonantias vna eademque de re tibi proferam. Iam si Eusebio diligentissimo temporum perscrutatori certi nihil statuere licuit, quid nobis, quæso sperandum est? Amemus certè hanc ignorantiam necesse est, & curiositatem nostram temperemus. Id solùm quod pollicitus sum anteà, expediam contra Pseudarchilochum & Annium Viterbiensem hac de re nescio quid nugantes, & eo alacrius quo ex Eusebij altero loco, quem citauimus, ansam mendacij arripuerunt. Primùm videamus verba huius impostoris. Vltimum, inquit, hunc Homerum ætas nostra cernit, qui Olympiade 23. & à Troiæ excidio anno quingentesimo, Patria Meon, Olympico certamine victor, iudicio totius Græciæ eximius Poëtarum est habitus, &c. Hæc, vt dixi, ex altera Eusebij loco desumpta sunt, tamen à Pseudarchilocho anteà emendato, vt ex vtriusq; collatione constabit. Quis hic, quæso, Archilochus qui de Homeri ætate scripserit? quo teste tandem eum Chronologum extitisse probabitur? Quis vetus auctor eius hoc nomine vsquam meminit? Herodotus saltem & Plutarchus, vt iam indicauimus, eum ne per somnium quidẽ nôrunt. Quid quod Aristarchus, qui cõmentaria scripsit Archilochia planè diuersa ab isto quem nobis obtrudunt, Chronologo Archilocho, de Homeri ætate prodiderit? Testem habeo Clementem Alexandrinum Strom. lib. 1. Aristarchus, inquit, in commentarijs Archilochijs, dicit eum (Homerum) fuisse tempore deductionis coloniæ Ionicæ, quæ fuit centum & quadraginta annis post Troiana tempora. Cuius tandem stuporis esset, commentatorem Archilochi ignorare, quid hac de re Archilochus tradidisset, & antè ab eo non dissentire, quàm eum non refutasset, aut causas diuersæ opinionis non indicasset? quod si fecisset, proculdubiò Clemens prætermissurus non erat, vt neq; illud etiam, si tale quid de Archilocho vnquam legisset, cùm eo libro diuersas multorum sententias de Homeri ætate commemoret: Sed quid de Eusebij loco respondebimus? Id nimirum quod Goropius, corruptum eum esse ex illo quem ex Tatiano Assyrio adducit his verbis: ἕτεροι δὲ κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον, σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν κατὰ Γύγην τὸν Λυδὸν ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις, id est, Alij verò tempus ad inferiora deduxerũt, dicentes eũ cũ Archilocho fuisse. Archilochus autem floruit circa vicesimam tertiam Olympiadem, imperante Gyge Lydo post res Troianas annis quingentis. Hinc patet quomodo sit locus Eusebij deprauatus, non enim hoc Archilochus scripsit, sed quidam alius, nempe Theopompus, vt constat ex Clemente dicto libro eum laudante. Vnde Goropius meus in Cronijs, Eusebij locum ita vult emendari, licet quidam cum Archilocho fuisse ad vicesimam tertiam Olympiadem & 500. Troianæ euersionis annum supputet. Non negamus ergo in hæc tempora Homerum à quibusdã referri, sed ab Archilocho proditũ, id verò pernegamus: q. ne in ijs etiam, quos Tatianus Assyrius commemorat de Homeri ętate scripsisse, vsquam recenseatur: quẽ diligens scriptor obmissurus fuisse nõ videtur, cuius scripta si ad me peruenissent, poterã fusiùs hoc argumentũ persequi. His interea mecũ lector contẽtus erit Addã Cedrenũ collocare Homerum nostrum sub Dauide & Solomone: excidium aũt Troianum sub Saule: vnde licet colligere quantũ temporis ab illo abfuisse Poëtã velit. Salomoni etiã coætaneũ eum facit Michaël Glycas Siculus, quẽ Latinũ Io. Leunclaij viri doctissimi beneficio habemus. De nomine aũt Homeri nonnulla anteà inseruimus, quibus addendum est, ab alijs censeri ὅμηρον dictum à cæcitate lingua Cumæorum: apud quos cùm versaretur, vt narrat Herodotus, videretq; eos suã Poësin recipere, pergit eos sua consuetudine oblectare, ac postremò huiusmodi conditionem proponere si publicè eum alere vellent, se ciuitatem Cumanorũ celeberrimã redditurum. Qui præsentes hæc audiebant, institutũ probabant: addentes se quoq; adiuturos si petitionem suam ad Senatũ referret, vt votis suis fieret satis: Melesigenes his verbis erectus, collecto Senatu in curiam processit: rogatoq; eo cuius id muneris erat, vt in Senatum duceretur, ille nihil recusans, vbi opportunum videbatur, hominẽ deduxit. Hîc cõsistens Melesigenes, eadẽ verba habuit in Senatu, quæ paulò antè in conuẽticulis de alimentis præstãtis proposuerat. Vbi dixisset, egressus pro curia sedebat. Dum aũt Senatores agitarent quid nam par esset homini respondere, visumq; esset cùm ei q. deduxerat, tũ alijs omnib. quotquot in conuẽticulis Melesigenẽ audierãt, petitionẽ admittendã: vnus tantùm è Senatorib. refertur Melesigenis postulatis calculo suo repugnasse, interq; alia multa, hæc quoq; cõmemorasse: quod si semel ὁμήρους, id est, cæcos alẽdos susciperẽt, futurũ esset vt continuò

turbam

turbam & multam & inutilem haberent. Atq; hîc primùm Homeri nomen Melesigeni inditum est, à cæcitatis videlicet calamitate. Nam Cumani cæcos ὁμήρους appellant. Iamq; inde, qui prius Melesigenes, nomen obtinuit Homeri. Breuiter hæc sententia euicit, perq; Prætorem fuit approbata, qua contendebatur non alendum Homerum. Hæc quũ illi nuntiaretur, vehementer cõmotus, his versibus calamitatẽ suam deplorabat: οἵῃ μ' αἴσῃ δῶκε πατὴρ Ζεὺς κύρμα γενέσθαι, &c. reliquos ad calcem operum Homeri leges. Hoc scripsit Herodotus. At Plutarchus (ex Aristotele 3. de Poëtica, vt docet series orationis) aliam causam huius nominis adducit, cùm Lydi ab Æolibus affligerentur, ac de Smyrna relinquenda cogitarent, & duces per præconẽ sequi iussissent eos qui vellent exire vrbe, Homerũ, puerulũ etiamnum, se quoq; ὁμηρεῖν (id est, sequi) velle dixisse. Inde pro Melesigene Homerum appellatum. Quod ad cæcitatem attinet, Ithacenses dicebant apud se Homerum visum amisisse: Herodotus verò affirmat apud eos illum conualuisse, apud Colophonem autem prorsus cæcum factum fuisse, vnde Smyrnam remeans ad Poëmata scribenda animum conuertit. In toto vitæ cursu pauperrimus fuit, vt hinc inde stipem carminum recitatione emendicare cogeretur. Eum in finem Cumam profectus est, inde ad Phoceam vbi Thestoridem scholæ magistrum pro hospite habuit, hominem fidei parum integræ, vt qui ea quæ Homerus apud eum edidisset pro suis postmodùm venditaret, tum Chij etiam eo nomine humanitatem hospitalitatemq; expertus est. Sed hæc omnia ex Herodoto copiosiùs haurire licet. Sanè id summæ laudi diuino Vati tribui oportet, qui licet rei familiaris angustijs oppressus, tamen in tantas ingenij diuitias emerserit, vt neq; pristina neq; hodierna secula parem vllum ei protulerint. Et quamuis oculis corporis fuerit destitutus, perspicaci tamẽ fuit mente, qua in abdita quęq; penetrauit, ita vt nihil ei incognitũ aut occultũ fuerit. Hinc Poëtæ, hinc Oratores, hinc Philosophi eruditionis, eloquentiæ, doctrinęq; fontes hauriũt, vt hactenus vix tertius quisq; post tot annos repertus sit, qui hunc vatẽ maximi nõ fecerit, eiusq; scripta quasi diuina quodãmodo non sit veneratus. Quod si pluribus persequar, molem verborum nimis ingentem coaceruare cogor, iniuriamq; ipsi Plutarcho qui hoc argumentum eruditissimè tractauit, & Angelo Politiano, cuius labor felicissimus hac in parte extitit, facturus videar, qui eorum scriptis contentos lectores esse non iubeam. Ego porrò pronuncio, nullum esse inter profanos scriptores Christianorum oculis Homero nostro digniorem, quod luculentissimo illo Iustiniani Imperat elogio comprobari potest, qui eum patrem omnis virtutis appellare non verecundatur. Quo potissimùm nomine huic Poëtæ me maximè excolendum tradidi, vt ab eo illud exhaurirem, cuius in eo tanta est abundantia, nimirum omnem virtutem. Vnde non mirari, sed detestari eorum impudentiam soleo, qui mihi hunc vatem manibus excutere tentabant, quasi vanus esset totus ille labor, qui à me in eum impendebatur, cùm tamen eos par erat sacratissimam Iustiniani vocem exaudire, qui eos potiùs ad Homeri lectionem tam honorifico titulo exhortatur, nedum eius contemnendi autor illis vnquam fuit. Quæ nam est, rogo, ista Leguleiorum nostrorum frons nisi perfricata, cùm iura illa profiteantur, hoc tamen Poëtę nostri à legum suarum principe profectum præconium, aut ignorare, aut penitus aspernari? Detonate in foro rabulæ, & tricas illas litigiosas subinde clientibus vestris aut alienis innectite, vobis mystici nostri libri non patent, aut si patent, vos omnia conspurcatis, vos omnia destruitis: imò si veteres illi ritus (quod nolim) repetantur, vos Musis nostris, non secus atq; olim Cereri sues, aut Baccho capræ hostiam suppeditabitis. Ego vestræ felicitati in illis subsellijs quibus (dignè an indignè non dicam) insidetis, minimè gentium inuideo, vos studijs meis finite me tantisper frui dum aut vos ad meliorem frugẽ redeatis, aut ego deterioribus longè occupationibus districtus, istas inuitus deserere cogar: quod ne vnquam accidat summis votis expeto. Interea Homero mallo ὁμηρεῖν, & hic mihi cum cæco (vos cæci iudicatis) error plus quàm vestrum vitæ genus placet. Enimuerò quid est sanæ eruditionis, quod in Homero non reperiam? Ille omnes Philosophiæ fontes primus reserauit? ille moralia, ille œconomica, ille politica præcepta omnia continet? Quid? in Mathematicis quantus est? Artis verò oratoriæ quis maius vnquam flumen vidit? Sed præstat ipsum Politianum videre qui diligentissimè huius Poëtæ dotes singulatimque enarrauit in illa sua in Homerum præfatione, quàm hìc inserere de verbo ad verbum meditabamur, sed breuitatis causa coactus sum lectorem ad eum ipsum autorem remittere.

Egimus hactenus de Homeri parentibus, patria, & præstantia, nunc videndum est quo genere mortis tam nobilis Poëta expirauerit, idque maximè propter varias ea de re scriptorum sententias. Herodotus, quem ego vt cæteris antiquiorem, primum laudo, tradit cùm Homerus è Samo Athenas proficisceretur, ad Ion cum quibusdam suis popularibus appulisse, vbi stationem non ad vrbem, sed in littore habebant. Hîc contigit Homerum grauiter ægrotare: egressus igitur è naui, in crepidine littoris iacebat ægrotus. Quumq; diutius illic ob nauigandi difficultatem in portu remorarentur, subinde pleriq; ex vrbe descendentes operam Homero dabant, eumq; audiẽtes admiratione prosequebantur. Iam verò nautis cæterisq; aliquot qui è ciuitate conuenerant, illic, apud Homerum considentibus, fortè pueri piscatores eò appulerunt, qui è nauicula egressi, hæc illis verba fecerunt, Agitè peregrini, audite nos, num quid eorum quæ proponemus, explicabitis. Ibi quidam è præsentibus iubebat eos proloqui. Illi, Nos, inquiunt, quęcunq; cepimus, reliquimus: quæ verò non cepimus, nobiscum portamus. Et quum nemo id ænigmatis interpretari posset, piscatores explicabant: significantes nimirum se, quum piscium nihil capere possent, desidentes in sicco pediculos venatos, & horum quotquot cepissent, abiecisse, quos autem nõ inuenissent domum retulisse. Quæ audiens Homerus hæc dixit carmina:

τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε	*Hi vos, ô pueri, tales genuêre parentes*
οὔτε βαθυκλήρων, οὔτ' ἄσπετα μῆλα νεμόντων.	*Nec latis fundis, gregibus neq; mille potentes.*

Ex hac autem ægritudine extremum diem clausit Homerus in Io, non (vt arbitrantur aliqui) ænigmatis perplexitate enectus, sed morbo: extinctus verò à comitibus, suis atque ciuibus, qui ex vrbe in colloquium cum eodem venerant, in littore ibidem honorificè sepultus est. Cuius sepulcro multo pòst tempore Ienses, vbi poësis eius iam publicata ab omnibus celebraretur, huiusmodi inciderunt carmen elegiacum:

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει	*Condit humus caput hæc sacrum, qui versibus arma*
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.	*Fortia diuinis Heroum ornauit Homerus.*

Hæc Herodotus, quem sequitur planè Suidas. At Plutarchus obijsse eum præ mœrore dicit, quod illud ænigma soluere non potuisset. Sotades, vt monet Gyraldus, suo carmine fame consumptum eum dicit:

τὸν θεῖον Ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν.

Iam Herodotus, Plutarchus, & Suidas in hoc consentiunt eum in Io mortuum: inconstanter Plinius nunc in Io, nunc in Scyro tumulatum dicit, Solinus in Chio, Martianus Capella in Naxo. Nunc videamus, quos libros con-

 scripserit

ſcripſerit Homerus. Primùm Herodotus dicit, eum apud Theſtoridem Phoceæ minorem Iliadem feciſſe, cuius initium eſt:

Ἴλιον ἀείδω, καὶ Δαρδανίην εὔπωλον — Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος.

Sed & Phocaidem ab Homero ſcriptam, aſſeuerabant Phocenſes. Apud Chium, qui illum liberorum ſuorum educationi præfecerat, compoſuit, Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, & alia multa, quæ innominata relinquit Herodotus. Ariſtoteles Margiten eius laudat. Suidas recenſet eiuſdem Amazonia, Reditus, Ethiepactos ſiue Iambos, Arachnomachiam, Geranomachiam, Ceramida, Amphiarai exitus, Pægnia, Siciliæ captiuitatem (id eſt, ἅλωσιν) Epithalamia, Circulum, Hymnos, & Cypria. Quæ omnia perierunt, niſi Hymnos reſtare velis, quos tamen multi huic noſtro Homero non aſſerunt, quod idem etiam iudicium de Batrachomyomachia ferunt. Nobiliſſimum vtrumq; illud Poëma, Ilias & Odyſſea, extra aleam eſt poſitum, quod ſine controuerſia Homero tribuitur: atque eius etiam meminit Plutarchus. In Iliade virtutem corporis, inquit Politianus, in Odyſſea fortitudinem animi repræſentat. Vbique tam diuinum apparet ingenium, vt non ſine admiratione legi poſſit, ac verè de illo hæc pronunciarit Democritus, Ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων. Vtram priùs ſcripſerit multi dubitant, ſed tamen ego ijs aſſentior, qui Iliadem Odyſſeæ anteponunt. Ferunt hæc Poëmata primùm diſperſa fuiſſe, neque hoc ordine ſcripta à Poëta quo nunc diſpoſita cernuntur. Siquidem nullus veterum libros Iliadis aut Odyſſeæ laudat, ſed tantùm quaſi locos communes, vt ex Iliade Naumachiam, Doloniam, Strenuitatem Diomedis, Nauium Catalogum, Patrocleam, Redemptionem Hectoris, Parentalia ad Patrocli tumulum, Fœderis icti violationem: ex Odyſſea verò Telemachi peregrinationem, Calypſus antrum, Vlyſſis nauigationem in rate, Alcinoi apologos, Cyclopeam, Necyam, Circes lauacra, Procorum cædem. Ea quæ in agro geſta ſunt vel apud Laërtem, vt ſcribit Ælianus variæ hiſtoriæ lib. 13. cap. 14. Quis ergo hæc omnia ita digeſſit? Reſpondet ibidem Ælianus, Piſiſtratum, ſed octauo libro id videtur Hipparcho filio Piſiſtrati tribuere, cui etiam aſtipulatur Plato. Primus autem Lycurgus, vt tradit Plutarchus & dicto lib. 13. Ælianus, vniuerſam Homeri Poëſin in Græciam inuexit, idque ex Ionia. Sed de his alij ante me iam dixerunt, ex quorum monumentis petenda erunt quæ nos omittimus. Mihi prolixiori eſſe per Typographos, & meas etiam occupationes non licet. Supereſt vt de meo inſtituto paucis agam. Primùm ergo cùm animum meum ad legendum ſtudiosè Homerum appuliſſem, quòd hunc eſſe rei literariæ Principem intelligerem, vix vnum aut alterum vidi qui eum aliqua ratione commodè illuſtraſſet, cùm tamen ferè nullus ex inſignioribus ſcriptoribus reperiri poſſit, qui manum viri alicuius docti non ſenſerit. Itaque fatum Poëtæ noſtri miſerari ſubibat, quòd tale quid ei nondum contigiſſet. Vnus Camerarius, quod ſciam, id tentauit, cuius rei ſpecimen in primis duobus libris Iliadis edidit: quod cùm auidè optarem, nunquam fuit vt id potuerim adipiſci, propter raritatem exemplorum iam à 45 annis excuſorum, donec ego ad metam mei laboris peruenerim. Sed & Ioannes Hartungus aliquid in eodem præſtitit, ſed nihil hactenus videre potui. E Græcis extant ſcholia, quæ Didymo veteri Grammatico tribuuntur, & vaſti illi Commentarij Euſtathij (qui tempore Camerarij non videntur fuiſſe euulgati, vt ex eius Præfatione in primum Iliadis colligo) qui duo poſt tot Homericos Interpretes, quorum numerum recenſet idem Camerarius, nobis reſtant: ſed neuter mihi ſatis in hoc Poëta laboraſſe videbatur, quòd vt plurimùm in verbis enucleandis Grammaticè verſentur, aut in fabularum narrationibus fuſiùs & ad faſtidium exponendis, quod ipſum præſtitit in ſuis Commentarijs Camerarius, non altiùs aſſurgens quàm vulgus Grammaticorum. Itaque aliquid ampliùs deſiderari ad veram in tam graui autore commentandi rationem animaduertebam. Placuit ergo ſiue iuuenili, ſiue Poëtico furore, id aggredi, quod tandem poſt multos labores conſummaui vbi à trita Interpp. ſemita omnino recedo, Grammaticam illam Verborum peculiari operi (quod Lexicon Homericum inſcribetur) deſtinans. Hîc rerum in hoc Poëta inſignium obſeruationem ſum perſequutus, non vt debui fortaſſe, ſed ſanè vt potui: vltra vires meas autem aliquid à me poſtulare iniquum eſt, ſpero tamen me matureſcente iudicio, & creſcente hoc, qualiſcunque eſt, doctrinæ amore, dignius hoc Vate aliquid olim exhibiturum. Vtinam per reliqua mea negotia id mihi liceat, quod ſummis votis à Deo Opt. Max. peto, cui laudem & gloriam ex meis, ſiquid præ ſe ferunt boni, debeo, ac impoſterum debebo. Intereà Beneuolum lectorem oro, vt omnia ad viuum vnguem ne reſecet, ſed erroribus meis humanè ignoſcat, ijs quæ rectè ſcripta iudicauerit non inuideat. Subijciemus Epigrammata ex Anthologia excerpta in laudem Homeri, non quaſi ijs egeat Poëta clariſſimus, Sed vt tot teſtes illius præſtantiæ & ſplendoris, impudentiæ & malitiæ illius calumniatores conuincant.

ΕΙΣ ΟΜΗΡΟΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ
ΠΑΛΑΙΑ ΔΙΑΦΟΡΩΝ.

Ἐκ τοῦ πρώτου καὶ τοῦ τρίτου καὶ τοῦ τετάρτου τῆς ἀνθολογίας τῶν ἐπιγραμμάτων.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ Ταραντίνου εἰς Ὅμηρον.

Ἄστρα μὲν ἠμαύρωσε, καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης
Ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἠέλιος·
Ὑμνοπόλους δ' ἀγεληδὸν ἀπημάλδυνεν Ὅμηρος,
Λαμπρότατον μουσῶν φέγγος ἀνασχόμενος.

ΑΛΦΕΙ-

ΑΛΦΕΙΟΥ μιτυληναίου εἰς τὸν αὐτόν.

Ἀνδρομάχης ἔτι θρῆνον ἀκούομεν, εἰσέτι Τροίην
Δερκόμεθ' ἐκ βάθρων πᾶσαν ἐρειπομένην,
Καὶ μόθον αἰάντειον ὑπὸ στεφάνησι πόληος,
Ἠδὲ τὸν ἐξ ἵππων Ἕκτορα συρόμενον,
Μαιονίδου διὰ μοῦσαν· ὃν οὐ μία πατρὶς ἀοιδὸν
Κοσμεῖται, γαίης δ' ἀμφοτέρης κλίματα.

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ εἰς Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσείαν.

Αἱ βίβλοι, τίνος ἐστέ; τί κεύθετε; θυγατέρες μὲν
Μαιονίδου, μύθων δ' ἵστορες ἰλιακῶν.
Ἁ μία μέν, μηνιθμὸν Ἀχιλλέος, ἔργα τε χειρὸς
Ἑκτορέας, δεκέτους τ' ἆθλα λέγει πολέμου.
Ἁ δ' ἑτέρα μόχθον τὸν Ὀδυσσέος, ἀμφί τε λέκτροις
Χηρείοις, ἀγαθᾶς δάκρυα Πηνελόπας.
Ἵλατε σὺν μούσαισι. μεθ' ὑμετέρας γὰρ ἀοιδὰς,
Εἶπεν ἔχειν αἰὼν ἕνδεκα Πιερίδας.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ εἰς τὸν αὐτὸν Ὅμηρον.

Οὐρανὸς ἄστρα τάχιον ἀποσβέσει, ἢ τάχα νυκτὸς
Ἠελίου φαιδρὴν ὄψιν ἀπεργάσεται.
Καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀροτήσιμον ἕξει,
Καὶ νέκυς εἰς ζωῶν χῶρον ἀναδραμέεται·
Ἤ ποτε Μαιονίδαο βαθυκλεὲς οὔνομ' Ὁμήρου,
Λήθη γηραλέων ἁρπάσεται σελίδων.

ΑΛΚΑΙΟΥ Μεσσηνίου εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡρώων τὸν ἀοιδὸν ἴῳ ἔνι παῖδες Ὅμηρον
Ἤκαχον ἐκ μουσέων γρῖφον ὑφηνάμενοι·
Νέκταρι δ' εἰνάλιαι Νηρηΐδες ἐχρίσαντο,
Καὶ νέκυν ἀκταίῃ θῆκαν ὑπὸ σπιλάδι,
Ὅττι Θέτιν κύδηνε, καὶ υἱέα, καὶ μόθον ἄλλων
Ἡρώων, Ἰθακοῦ τ' ἔργματα Λαρτιάδεω.
Ὀλβίστη νήσων πόντῳ Ἴος, ὅττι κέκευθε
Βαιὴ, μουσάων ἀστέρα, καὶ χαρίτων.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ Σιδωνίου εἰς τὸν αὐτόν.

Τὰν μερόπων πειθώ, τὸ μέγα στόμα, τὰν ἴσα μούσαις
Φθεγξαμέναν κεφαλάν, ὦ ξένε, Μαιονίδεω,
Ἅδ' ἔλαχον νασῖτις Ἴου σπιλάς. οὐ γὰρ ἐν ἄλλᾳ
Ἱερὸν, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ πνεῦμα θανὼν ἔλιπεν.
Ὧ νεῦμα Κρονίδαο τὸ παγκρατές, ᾧ καὶ ὄλυμπον
Καὶ τὰν Αἴαντος ναύμαχον εἶπε βίαν,
Καὶ τὸν Ἀχιλλείοις Φαρσαλίσιν Ἕκτορα πώλοις
Ὀστέα Δαρδανικῷ δρυπτόμενον πεδίῳ.
Εἰ δ' ὀλίγα κρύπτω τὸν τηλίκον, ἴσθ' ὅτι κεύθει
Καὶ Θέτιδος γαμέταν ἁ βραχύβωλος Ἴκος.

εἰς τὸν αὐτόν.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

ΠΑΥΛΟΥ Σιλεντιαρίου εἰς τὸν αὐτόν.

Ἐνθάδε πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα θεῖον Ὅμηρον,
Κλεινὸς ἐπ' ἀγχιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.

Εἰ δ' ὀλίγη γεγαυῖα τόσον χάδεν ἀνέρα νῆσος,
Μὴ τόδε θαμβήσῃς ὦ ξένε δερκόμενος·
Καὶ γὰρ ἀλητεύουσα κασιγνήτη ποτὲ Δῆλος
Μητρὸς ἀπ' ὠδίνων δέξατο Λητοΐδην.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐδ' εἴ με χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος Ὅμηρον
Στήσοιτε φλογέαις ἐν Διὸς ἀστεροπαῖς,
Οὐκ εἴμ', οὐδ' ἔσομαι Σαλαμίνιος, οὐδ' ὁ Μέλητος
Δημαγόρου· μὴ ταῦτ' ὄμμασιν Ἑλλὰς ἴδοι·
Ἄλλον πάτρην βασανίζετε· τἀμὰ δὲ μοῦσαι
Καὶ Χίος Ἑλλήνων παισὶν ἀείσετ' ἔπη.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς, μακάρων δὲ προφήταν,
Ἑλλάνων βιοτᾷ δεύτερον ἀέλιον,
Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον, ἀκήρατον στόμα κόσμου
Παντὸς, ἁλιρρόθια ξεῖνε κέκευθε κόνις.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἐνθάδε θεῖος Ὅμηρος, ὃς Ἑλλάδα πᾶσαν ἄεισε,
Θήβης ἐκ γεγαὼς τῆς ἑκατονταπύλου.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ
Καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας ἐς ἀΐδιον·
Καὶ τάσδ' ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήσαο κούρας,
Δισσὰς ἐκ στηθέων γραψάμενος σελίδας·
Ὑμνεῖ δ' ἡ μὲν νόστον Ὀδυσσῆος πολύπλαγκτον,
Ἡ δὲ τὸν Ἰλιακὸν Δαρδανιδῶν πόλεμον.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίς ποθ' ὁ τὸν Τροίης πόλεμον σελίδεσσι χαράξας,
Ἢ τίς ὁ τὴν δολιχὴν Λαρτιάδαο πλάνην;
Οὐκ ὄνομ' εὑρίσκω σαφὲς, οὐ πόλιν. οὐράνιε Ζεῦ
Μήποτε σῶν ἐπέων δόξαν Ὅμηρος ἔχει;

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὁποίας τὸν Ὅμηρον ἀναγραψώμεθα πάτρης,
Κεῖνον, ἐφ' ᾧ πᾶσαι χεῖρ' ὀρέγουσι πόλεις;
Ἢ τὸ μὲν ἐστὶν ἄγνωστον· ὁ δ' ἀθανάτοις ἴσος ἥρως
Ταῖς μούσαις ἔλιπεν πατρίδα καὶ γενεήν;

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐχὶ πέδον Σμύρνης ἐλοχεύσατο θεῖον Ὅμηρον,
Οὐ Κολοφὼν, τρυφερῆς ἄστρον Ἰωνίης,
Οὐ Χίος, οὐκ Αἴγυπτος ἐύσπορος, οὐ Κύπρος ἁγνὴ,
Οὐ νῆσος κραναὴ, Λαρτιάδαο πάτρη,
Οὐκ Ἄργος Δαναοῖο, Κυκλώπειη τε Μυκήνη,
Οὐδὲ τὸ Κεκροπίων ἄστυ παλαιγόνων.
Οὐ γὰρ ἔφυ χθονὸς ἔργον· ἀπ' αἰθέρος ἀλλά ἑ μοῦσαι
Πέμψαν, ἵν' ἡμερίοις δῶρα ποθητὰ φέρῃ.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ εἰς τὸν αὐτόν.

Οἱ μὲν σεῦ Κολοφῶνα τιθηνητῆραν Ὅμηρε,
Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον.

Οἱ δ'

EPIGRAMMATA.

Οἱ δ' Ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα,
  Οἱ δέ νυ τὴν Λαπιθῶν μητέρα Θεσσαλίην.
Ἄλλοι δ' ἄλλην γαῖαν ἀνίαχον· εἰ δέ με Φοῖβος
  Χρὴ λέξαι πινυτὰς ἄνδιχα μαντοσύνας,
Πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανὸς, ἐκ δὲ τεκούσης
  Οὐ θνατᾶς. ματρὸς δ' ἔπλεο Καλλιόπας.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Ἰθάκη, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Χῖος ἔφυς; οὔ φημι. τί δαὶ, Σμυρναῖος; ἀπαυδῶ,
  Κύμη δ', ἢ Κολοφὼν πατρὶς Ὅμηρε σέθεν;
Οὐδετέρη. Σαλαμὶς δ' ἔστ' ἢ πόλις; οὐδ' ἀπὸ ταύτης
  Ἐξέφυν. ἀλλ' αὐτὸς λέξον ὅπη γέγονας.
Οὐκ ἐρέω. τίνος ἡ ῥα; πέπεισμ' ὅτι τατρεκὲς εἰπὼν,
  Ἕξω τὰς ἄλλας ἄμμιν ἀπεχθομένας.

εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰς αἰῶνας Ὅμηρε, καὶ ἐξ αἰῶνος ἀείδῃ
  Οὐρανίης μούσης δόξαν ἀειράμενος.
Μῆνιν μὲν γὰρ ἄεισας Ἀχιλλέος, αὐτὰρ Ἀχαιῶν
  Στρομβηδὸν νηῶν σύγχυσιν ἐν πελάγει.
Τειρόμενόν τε πλάνῃσιν Ὀδυσσέα ποικιλόβουλον,
  Τοῦ λέχος ἀσπασίως εἴσιδε Πηνελόπη.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω.
Εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εὗρε φύσις, μόλις δ' ἔρε· τεκοῦσα δ' ἐπαύσατο μόχθων,
Εἰς ἕνα μοῦνον Ὅμηρον ὅλην τρέψασα μενοινήν.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίς ποθ' ὁμηρείης μεγάλης ὀπός ἐστιν ἀπωδής;
Τίς χθὼν, τίς δὲ θάλαττα μάχην οὐκ οἶδεν Ἀχαιῶν;
Δῆμος ὁ Κιμμερίων πανδερκέος ἄμμορος αἴγλης
Ἠελίου, Τροίης ὄνομ' ἔκλυεν, ἔκλυεν Ἄτλας
Οὐρανὸν εὐρύστερνον ἔχων ἐπικείμενον ὤμοις.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Διεξιὼν Ὅμηρε τὴν κεκαυμένην,
φθονεῖν ἀφῆκας τὰς ἀπορθήτους πόλεις.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἔμφρονα χαλκὸν Ὅμηρος ἐδείκνυεν, οὔτε μενοινῆς
Ἄμμορον, οὔτε νόου κεχρημένον, ἀλλ' ἄρα μούνης
Φωνῆς ἀμβροσίης, ἀνέφαινε δὲ θυάδα τέχνην,
Ἡ δὲ χαλκεὸν ἔχουσεν ὁμοῦ θεὸς εἴδει μορφῆς.
Οὐ γὰρ ἐγὼ κατὰ θυμὸν ὀΐομαι ὅττι μιν ἀνὴρ
Ἐργοπόνος χάλκευσε παρ' ἐσχαρεῶνι θαάσσων,
Ἀλλ' αὐτὴ πολύμητις ἀνέπλασε χερσὶν Ἀθήνη,
Εἶδος ἐπισταμένη τό, τ' ἐῴκεεν. ἐν γὰρ Ὁμήρῳ

Αὐτὴ ναιετάασκε σοφὴν ἐφθέγγετο μολπήν,
Σμύρνιος Ἀπόλλωνι. πατὴρ δ' ἐμὸς, ἰσόθεος φώς,
Ἵστατο θεῖος Ὅμηρος. εἴκτο μὲν ἀνδρὶ νοῆσαι
Γηραλέῳ, τὸ δὲ γῆρας ἔην γλυκύ. τοῦτο γὰρ αὐτῷ
Πλειοτέρην ἔσταξε χάριν. κεκέραστο δὲ κόσμῳ
Αἰδοίῳ τε φίλῳ τε. σέβας δ' ἀπελάμπετο μορφῆς.
Αὐχένι μὲν κύπτοντι γέρων ἐπεσύρετο βότρυς,
Χαίτης εἰσοπίσω πεφορημένος. ἀμφὶ δ' ἀκουὰς
Πλαζόμενος κεχάλαστο, κάτω δ' εὐρύνετο πώγων
Ἀμφιταθεὶς, μαλακὸς δὲ καὶ εὔτροχος. οὐ γὰρ ἦεν
Ὀξυτενής, ἀλλ' εὐρὺς ἐπήνεεν. κάλλος ὑφαίνων
Στήθεϊ γυμνωθέντι, καὶ ἱμερόεντι προσώπῳ.
Γυμνὸν δ' εἶχε μέτωπον ἐπ' ἀπλοκάμῳ δὲ μετώπῳ
Ἧστο σαοφροσύνη κουροτρόφος. ἀμφὶ δ' ἀπ' ὀφρὺς
Ἀμφοτέρας προβλῆτας ἐύσκοπος ἔπλασε τέχνη.
Οὔτι μάτην· φαέων γὰρ ἐρημάδες ἦσαν ὀπωπαί.
Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀλαῷ ἐναλίγκιος ἀνδρὶ νοῆσαι.
Ἕζετο γὰρ κενεοῖς χάρις ὄμμασιν· ὡς δὲ δοκεύω,
Τέχνη τοῦτο τέλεσσεν, ὅπως πάντεσσι φανείη
Φέγγος ἀπὸ κραδίης σοφίης ἄσβεστον ἀείρων.
Δοιαὶ μὲν ποτὶ βαιὸν ἐκοιλαίνοντο παρειαὶ,
Γήραϊ ῥικνήεντι κατάοχετοι· ἀλλ' ἐν ἐκείναις
Αὐτογενὴς Χαρίτεσσι συνέστιος ἵζανεν αἰδώς.
Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ στόμα θεῖον ἀλᾶτο,
Κηρίον ὠδίνουσα μελισταγές· ἀμφοτέρας δὲ
Χεῖρας ἐπ' ἀλλήλῃσι τιθεὶς ἐπερείδετο ῥάβδῳ,
Οἷά περ ἐν ζωοῖσιν. ἑὴν δ' ἔκλινεν ἀκουὴν
Δεξιτερὴν· δόκεεν δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἀκούειν,
Ἢ καὶ Πιερίδων τινὸς ἐγγύθεν. ἐν δ' ἄρα θυμῷ,
Σκεπτομένῳ μὲν ἔικτο, νόος δέ οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἐξ ἀδύτου πεφόρητο πολυσπερέεσσι μενοινῇς,
Πιερικῆς στρατιῆς ἀρήιον ἔργον ὑφαίνων.

Silius Italicus, lib. 14.

Atque hic Elysio tendentem limite cernens
Effigiem iuuenis, castè cui vitta ligabat
Purpurea effusos per colla nitentia crines,
Dic, ait, hic quinam virgo, cui luce refulget
Præcipua frons sacra viro, multæq; sequuntur
Mirantes animæ, & læto clamore frequentant?
Qui vultus, quem, si Stygia non esset in vmbra,
Dixissem facilè esse Deum. Non falleris, inquit,
Docta comes Triuiæ, meruit Deus esse videri,
Et fuit in tanto non paruum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, sidera, manes,
Et cantu Musas, & Phœbum æquauit honore,
Atq; hæc cuncta priùs quàm cerneret ordine terris
Prodidit, ac vestram tulit vsq; ad sidera Troiam.
Scipio perlustrans oculis lætantibus vmbram:
Si nunc fata darent, vt Romula facta per orbem
Hic caneret Vates, quanto maiora futuros
Facta eadem intrarent hoc, inquit, teste nepotes.
Felix Aeacide, cui tali contigit ore
Gentibus ostendi: creuit tua carmine virtus.

Politianus in Nutricia.

—— nam Demodoci viuacior æuo
Fama Meletæis gaudet iuuenescere chartis,

Et tua

Et tua Neritias inuito pectine mensas
Qui celebras: Etenim vt stellas fugere vndique cælo
Aurea cùm radios Hyperionis exeruit fax,
Cernimus, & tenuem velut euanescere Lunam:
Sic veterum illustres flagranti obscurat honores
Lampade Mæonides: vnum quem dia canentem
Facta virum & sæuas æquantem pectine pugnas
Obstupuit, prorsusque parem confessus Apollo est.

Plinius Natur. hist. lib. 7. cap. 29.

Ingeniorum gloriæ quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera & tãtam rerum operumque varietatem? nisi fortè Homero vate Græco, nullum felicius extitisse cõuenit, siue operis fortuna, siue materia æstimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim insignibus iudicijs optimè citraque inuidiam tam superba censura peragetur) inter spolia Darij Persarum Regis vnguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis preciosum, varios eius vsus amicis demonstrantibus, (quando tædebat vnguẽti bellatorem & militia sordidum) imò Hercule, inquit, librorum Homeri custodia detur, vt pretiosissimũ humani animi opus quàm maximè diuiti opere seruaretur.

Idem lib. 17. cap. 5.

Fons ingeniorum Homerus.

Idem lib. 25. cap. 3.

Homerus primus doctrinarum & antiquitatis parens.

Possumus longè plura testimonia congerere: sed cùm virtus per se satis sit amabilis, ex se quàm alienis suffragijs amari Homerum malumus: tum tanta illorum copia nobis occurrit, vt à tam laboriosa collectione impræsentiarum deterreamur, quam in Præfatione Odysseæ paululùm supplebimus.

IN HOMERI POESIN, A I. SPONDO RECENS EDItam, & eruditissimis eiusdem commentarijs explicatam,

TH. B. V.

TE cunctis laudate, satis nulli, optime vatum,
Quem latuit res nulla, & cuius ab ore fluentes
Orbis inundarunt latè spacia omnia riui,
Fas sit, Mæonida, doctrinæ dicere fontem,
Et ditem vocitare penum: verùm intima cuius
Nemo satis scrutatus adhuc, imosque recessus,
Cunctorum cunctos gaza superante labores,
Donec tu nobis, tu tandem, SPONDE, *repertus,*
Trita prius sic multorum vestigia sectans,
Vt nusquam à recto deflectens tramite, quicquid
Vtile legerunt, referas: & inutile si quid
Fortè infarserunt, nobis minimè ipse reponas,
Enecet vt miseros crambe repetita magistros.
Macte igitur virtute esto, iuuenilibus annis
Ause opus hoc tantum fortis: liceatque (quod omni
Absit ab inuidia) quantarum est diues Homerus
Condus opum, Spondum tantarum dicere promum.

HOTOMANI βαρβολιστικόν.

QVos tua florescens nobis, SPONDANE, *iuuentus*
Sponte, tuo fructus spondet ab ingenio:
Hos (quâ de re agitur) fructus (vt te arctiùs olim
Stringam promissis in mea verba tuis)
Spondane instipulor: stipulanti sponde simulque
Quid contrà tibi nos polliceamur, habe.
Hercule pro magno, quo quondam nostra tumebat
Gallia, tu nobis Gallus Homerus eris.

THEODORVS ZVINGERVS SPONDANO.

MOeonio Vati sine lumine cuncta videnti,
Dum cessant alij, Themidisq́ Dicesq́ sacerdos
Lumina restituis, SPONDANE. *An magnus Homeri*
Pelides Musa, maior te interprete Homerus?

IN HOMERVM I. SPONDANI COMMENT. illustratum, PETRVS PONTANVS, CAROLI F. Regius ditionis Bearnensis Procurator, hoc canebat Carmen.

QValis, vbi extrema peraratis arte tabellis
Naturam ingenio doctus superauit Apelles,
Purpuream nullo celans velamine frontem,
Auro picta genas, pictos aurata capillos
Mille Venus Veneres, & mille ostentat amores.
Nunc tandem, Spondane, nouos induta colores
Obscura primùm quos fabula veste tegebat,
Exoritur tersi diuina Poësis Homeri,
Castigatq́ malos mores, quam ignara vetustas
Crediderat falsò mores vitiare pudicos.
Siue igitur proprias patriæ submittimus iras,
Siue senis iusto faciles pendemus ab ore,
Siue tuum procul à laribus comitamur Vlyssem,
Laus propria ista tua est, salua ratione pudoris,
Et non ipse tibi sese componat Homerus.
Abdita quid prosit mihi copia diuitis auri?
Hoc opus hic labor est, venas reserare latentes,
Purgare & crassa generosum fæce metallum.
Laus propria ista tua est. Ergo tibi sacra caterua
Thespiadum, sacra præcingit tempora lauro,
Mæonidæq́ tuos iam prorsus adæquat honores.
At te, cui nomen tribuit Sapientis Apollo,
Hunc Vatem si pergis aquą interdicere & igni,
Iam nos Oceano & candenti addicimus Aetnæ.

ARGV-

ARGVMENTVM ILIADIS.

ILIADIS Homericæ ſcopus eſt, bellum Troianum nono tantùm anno geſtum deſcribere, idq; ad fortitudinem Achillis oſtentandam, cuius laudi & gloriæ vnicè velificatur. Intermiſcet tamen multa epiſodia, vt ait etiam in Poëtica Ariſtoteles, eorum quæ hunc annum, ad illud bellum pertinentia, præceſſerunt: inter cætera verò cauſam & originem huius belli: nimirum ob raptam à Paride Helenam. Qua de re, vt præcipuo fundamento, altiùs repetita & paululùm enucleata agendum. Trita ſunt & vulgata illa, quæ paſſim circumferuntur, Paridem in iudicio trium Dearum, Iunonis, Mineruæ, Veneris, hanc reliquis duab. antepoſuiſſe, ob promiſſam ſibi Helenã Menelai vxorem, quæ forma omnes Græciæ mulieres antecellebat. Eius itaq; gratia Spartam profectus, eam rapuiſſe, ac in Ilium traduxiſſe dicitur. Quod à me conciſè proponitur, tum quia, vt dixi, vulgare eſt, tum quod alij hoc argumentum copioſè ſint perſecuti, vt poëta Coluthus in illo elegãti ſanè poëmate, qđ *Helenæ raptus* inſcribit. Huius rei meminerũt Euripides, Lycophrõ, Virgilius, Ouidius, Apuleius in Aſino. Videndus Lucianus in Dial. θεῶν κρίσις, & Dares Phrygius. Quidam ſentiũt, ſomniaſſe Paridem, iudicem ſe Dearum conſtitutum, alijsq; de cauſis profectionem in Spartam ſuſcepiſſe. Conſule Dionem Chryſoſt. in orat. de Seceſſu. Lycophronem in Caſſand. & eius interpretem ſtatim initio. Quidam volunt, Homerum huius iudicij meminiſſe, vt lib. 24. annotamus, ſed id Plutarchus pernegat, & duos illos verſus, qui eius mentionem faciunt, vult expungi. Vide Cælium Rhodig. lect. antiq. lib. 19. c. 19. Fulgentiũ lib. 2. Mythol. Athenæum lib. 12. circa initiũ. At de raptu Helenæ nulla eſt controuerſia apud pleroſq;, cuius meminerunt etiam hiſtoricorum coryphæi, Thucydides & Herodotus. Poëta noſter aliquot locis nullum Helenæ raptum videtur agnoſcere, quòd eam ſponte ſecutam Paridem inducat. Vide quæ annotamus pag. 61. Dion Pruſæus ex Aegyptij cuiuſdam ſacerdotis relatione tradit, Paridem cum Helena legitimum matrimonium contraxiſſe, quod Græci illius proci, inter quos erat Menelaus, indignè ferentes, ob præpoſitum ſibi barbarum, bellum poſteà Phrygiæ intulerint, quo tamen Troia non ſit capta. Longa ibi huius rei narratio, & grauis Homeri obtrectatio, quam cùm excudi in his Prolegomenis vellemus, nimia prolixitate ne fieret, ſumus impediti. Licet lectori ipſum Dionem perluſtrare. Herodotus in Euterp. hiſtoriam Helenæ alio modo refert, quam reliqui omnes, dicitque eam nunquam Troiam perueniſſe, ſed in Aegypto à Proteo rege Paridi ereptam, in eum tamen finem tantùm, vt eam Menelao reſtitueret. Plutarchus verò vbi negauit illud iudicium, vt dicebamus. Argumentum totius Iliadis ex Homeri ſententia breuiter eſt complexus his verbis: Præſtat, inquit, dicere, Alexandrum Priami F. cùm Græcam vitæ degendæ rationem cognoſcere cuperet, Spartam nauigaſſe, vſumq; ibi hoſpitio Helenæ, abſente marito Menelao, ei perſuaſiſſe vt ſecum abiret: vt in Inſulam nomine Cranaam peruenit, primùm cum ea corpus miſcuiſſe: inde per Sidonem & Phœniciam nauigio Ilium delatum. Agamemnonem, re cognita, Aulide, quæ eſt vrbs Bœotiæ, exercitum collegiſſe. Ibi eis ſacrificantib. Draconem in vicinam arborẽ aſcendiſſe, octoq; pullos paſſeris, nonamq; quæ eis accubabat, matrẽ perdidiſſe. Eo oſtento indicatum Græcos 9. annis ad Iliũ bello geſto, decimo vrbẽ capturos. Poſtq̃ ad Troiam Græcorũ naues appuliſſent, Græci poſt primũ conflictũ, in quo Proteſilaus occubuit, Menelaum & Vlyſſem legatos repoſcendæ Helenæ cauſa miſerunt. Troianis negãtibus, rurſus cõmiſſa pugna, ſuperiores facti Græci, partẽ exercitus obſidendæ vrbi reliquerũt: cæteri, duce Achille, circumiacentes vrbes vaſtauerũt, vt auxilio Troianos ſpoliarent. Inter alias capta Chryſa, Chryſeidẽ, Chryſę, qui ſacerdos erat Apollinis, filiam Agamẽnoni muneris eximij loco dederunt. Chryſes redimẽdæ filiæ cauſa ad ſtationẽ nauium profectus, & per contumeliam ab Agam. habitus, ab Apolline votis cõtendit, vti Græcos is vlciſceretur. Deus rata vota ea habuit, peſtemq; Græcis immiſit. Quo tempore cùm Achilles iuberet Chryſeidẽ

red-

reddi,irritatus Agamemnon,minatus est se erepturum Achilli Briseidē,quę ei honoris caus[a] obtigerat.Hic ergo Thetidi matri persuadet, vt à Ioue impetret,vt Græci in bello succūbant Id cum euenisset,Patroclus Nestoris monitu Achillem exorauit,vt ipsius armatura sibi vti a liquantisper ad repellendos à nauib.Troianos permitteret. Itaque egressus, re fortiter gest[a] mox interfectus est.Achilles hoc ægrè ferens,ira,qua aduersus Agam.flagrabat,missa,armis [à] Vulc.factis indutus,cùm multos alios,tum ipsum tandem Hect.occidit.Hęc est series rerum quam Plut.ex Hom. disposuit. In qua quidem historia describenda vatem nonnulli, vt Ma nasses,interdum à veritate deflexisse dicūt:itaq; ille integram narrationē pro libito retexuit vt etiam Cedrenus,& alij nonnulli.Fuerunt autem multi Poëtæ, qui ante Hom.hoc ipsum ar gumentum tractarunt. Aelian. var.hist.l.14.c.21.Poëta, inquit, nomine Syagrus extitit pos[t] Orpheum & Musæum,qui dicitur primus Troianum bellum cecinisse, maximum argumen tum carmine ausus tractare.Hunc ipsi Homero fuisse infensum scribit Gyrald. Poët.li.1. Sed vnde hoc desumat,repetere memoria non possum: sanè absurdum videtur, cùm antè Corin num extitisse ipsemet annotet,at Corinnus tempore belli Troiani fuisse dicatur.Sed ea de re ipse viderit.Fuit porrò Corinnus,vt scribit Suidas,qui Iliada scripsit,ἐπὶ τῶν τρωικῶν συνισταμένων adhuc flagrante Troiano bello: Palamedis discipulus, & scripsit literis Doricis à Palamede inuentis: vt inde argumentum Poëmatis sui Homerus excerpserit,vt idem Suidas dicit. Sed & ipse Palamedes fortasse tale quid scriptis mandauit, cùm poëta fuerit.cuius scripta vel A gamemnonis,vel ipsius Homeri,vt verius quidam putant,inuidia perierunt. ἀπλετος γὰρ καὶ τῶν μεγίστων ἀνδρῶν ὁ φθόνος.Callisthenem etiam quendam bellum Troianū scripsisse, alicubi, ni fal lor,obseruauit Tullius.Athenæus lib.9.Hegesionacta Alexandrinum prodit Troica scripsis se,quæ Cephalionis dicta fuerint.&lib.13.Acatum Argiuum Iliopersin condidisse. Dares e tiam Phrygius & Dictys Cretensis bellum illud scriptis mandârunt: quorum libri quidē cir cumferuntur, sed à multis putantur nothi ac adulterini. Nos iudicio suspenso eos admitti mus:è quibus Daretem Phrygium carmine paraphrastico donatum à Cornelio Nepote a[d] calcem Iliadis excudi iussimus.Pręcedentes autores iniuria temporum inuidiosè nobis abs tulit. Sic triumphum huius scriptionis Homerus solus hactenus egit.Post Homerū Lesches qui floruit Olympiad.30.vt est apud Eusebium,fecit Iliada,quam paruam vocant, vnde non nulla desumpsisse Pindarum volunt eius interpretes:meminit etiam eius Pausanias. Hippar chus quoq; Aegyptiam Iliadem condidit, ex qua versus adducit Athenæus lib.9.& alibi. Pi gres Artemisiæ nobilissimæ illius Cariæ Regis Mausoli vxoris frater, Homeri Iliados versi bus Heroicis pentametrum adiecit,adeò vt in Elegiacum carmen Iliada commutaret, vt pri mo versui μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, subiecit, μοῦσα σὺ γὰρ πάσης πείρατ' ἔχεις σοφίης. Huius exem plum secutus est Idæus Rodius, qui Heroico Homerico heroicum suum addidit, vt prim[o] carmini, quod iam adduximus, ipse adiecit, ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης:& ita de inceps.Nestus Lycius,qui Seueri tēporibus floruit,Iliada scripsit λειπογράμματον, seu ἀστοιχείωτον vt Tryphiodorus Odysseam, vbi in singulis libris certæ aliquæ literæ, secundum alphabet[i] seriem in vocum capitibus non reperiebantur. Hæc obseruauit Suidas. Deniq; Q. Calabe[r] scripsit Homeri παραλειπόμενα libris 14. quæ nos iam sumus polliciti, conuersa & commenta rijs illustrata. De his omnibus optimum visum est Lectorem moneri.Cæte-
rùm iam ipsum Homerum magnificè canen-
tem audiamus.

ΥΠΟ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΑΛΦΑ ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ ΟΜΗΡΟΥ Ἰλιάδος.

Χρύσης ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος παραγίνεται ἐπὶ τὸν ναύσταθμον τῶν Ἑλλήνων, βουλόμενος λυτρώσασθαι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Χρυσηΐδα· οὐκ ἀπολαβὼν δὲ, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὕβρεως ἀποδιωχθεὶς ὑπὸ Ἀγαμέμνονος, ηὔξατο τῷ Ἀπόλλωνι κατὰ τῶν Ἑλλήνων. λοιμοῦ δὲ γινομένου, καὶ πολλῶν, ὡς εἰκὸς, διαφθειρομένων, ἐκκλησίαν Ἀχιλλεὺς συνήγαγε. Κάλχαντος δὲ διασαφήσαντος τὴν ἀληθῆ αἰτίαν, καὶ κελεύσαντος Ἀχιλλέως ἐξιλάσκεσθαι τὸν θεὸν, Ἀγαμέμνων ὀργισθεὶς διενέχθη πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, καὶ αὐτοῦ τὸ γέρας ἀπέσπασε τὴν Βρισηΐδα. ὁ δὲ ὀργίζεται τοῖς Ἕλλησι. Θέτις δὲ τοῦ υἱοῦ δεηθέντος εἰς ὄλυμπον ἀνελθοῦσα, ᾐτήσατο παρὰ τοῦ Διὸς ὅπως τοὺς Τρῶας ἐπικρατεστέρους τῶν Ἑλλήνων ποιήσῃ. Ἥρα δὲ γνοῦσα τοῦτο, διενέχθη πρὸς τὸν Δία, ἕως αὐτοὺς διέλυσεν Ἥφαιστος, οἰνοχοήσας ἐν ἐκπώματι χρυσίῳ. οἱ δὲ, τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας εὐωχηθέντες, εἰς ὕπνον τρέπονται.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI HOMEri Iliadis.

CHRYSES Apollinis sacerdos venit ad castra Græcorum, vt filiã Chryseidē redimat. Supplicat ea de re Agamemnoni, sed repulsam passus cōtumeliosè ab eo comm nante dimittitur:itaq; deum precatur, vt suas vlciscatur iniurias. Orta subinde graui pestilentia magna vis hominum interit. Cogit ergo Achilles conciliū: & Calchantem inuitū causam eius rei compellit indicare: ea cognita Agamemnon iratus grauissimā habet altercationē cum Achille:Briseidē deniq; pellicē ei adimit,pro Chryseide, quā ipse patri remiserat. Inde Thetys mater lacrymas & contumeliam filij miserata,cœlū ascēdit:Ioui supplicat:sua in eū merita cōmemorat: impetrat deniq; ab eo,vt filij cohonestandi gratiā tātisper Troianis faueat dū Gręcos,& imperatorē ipsum pœniteat huius cōtumelię.Hac re cōperta Iuno rixat͂ cū Ioue: sed rixę Vulcani interuētu sedāt͂. Illi aūt reliquū diei epulati,ad somnū se cōferūt.

Ἄλλη ὑπόθεσις· ἢ ἐπιγραφή.

Λοιμὸς καὶ μῆνις.

Ἄλλη.

Ἄλφα λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων.

Aliud argumentum: vel inscriptio.

Pestis & ira.

Aliud.

A, preces Chrysæ, pestem exercitus, inimicitias regum.

a ΜΗ͂ΝΙΝ [b] ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε,
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς [c] ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων· [d] αὐτοὺς δ' * ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
[1] Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. ([e] Διὸς δ' ἐτελείετο [2] βουλή.)
Ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα [3] διαστήτην ἐρίσαντε
Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.

IRAM cane Dea Pelidæ Achillis
Perniciosam, quæ infinitos Achiuis dolores fecit, v. imposuit.
Multas autē fortes animas Orco ante tempus demisit
Heroum. ipsos autem laniamenta fecit canibus
Auibusq́; omnibus: (Iouis aūt perficiebatur cōsiliū.)
Ex quo sanè primùm disiuncti sunt litigantes,
Atridesq́; rex virorum & diuus Achilles.

γρ. ἰλλάδεια.
1 γρ. Οἰωνοῖσί τε πᾶσι δ'.
2 γρ. βουλῇ.
3 γρ. διαστήτην.

COMMENTARIVS.

a Μῆνιν ἄειδε θεὰ] Ex quatuor quæstionibus, quæ nos ad rei inuestigationem dubitando deducunt, duæ in huius principij examinationem cadunt. Quærimus enim primùm, quid hoc sit: secundò, quare. De vtroq; sic statuimus. Imprimis cùm soleant scriptores initio operis veluti summam sequentis narrationis proponere, vt lectores non sint suspensi, sed pra moneantur qua de re suscepta sit scriptio. (τὸ γὰρ ἀόριστον πλανᾷ, ὁ δοὺς οὖν ὥσπερ εἰς τὴν χεῖρα τὴν ἀρχὴν ποιεῖ ἐχόμενον ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ. διὰ τοῦτο μῆνιν ἄειδε θεά· vt est apud Philosophum Rhetoric. ad Theod. lib 3.) Poëta noster in ipso principio explicat qua de re sit imposterum scripturus. Illud in prologis factitant tam Tragœdiæ quàm Comœdiæ, totiusq; fabulæ argumentum in ipso limine exponunt. Solent autem Poëtæ illud operis argumentum inuocatione numinis alicuius sæpissimè inuoluere, cuius rei exemplum habemus in hoc reliquorum Vatum principe, qui cæteris viam primus patefecisse creditur, quantum ipsius scripta omnibus anteriora existimantur: nisi fortè Musæum excipias, de quo tamen viri quidam doctissimi nostro tempore dubitant. Hoc igitur de prima quæstione decernendum. Secundò quæritur, cur Homerus Troianum bellum conscripturus à penultimo anno, hoc est, à nono sit exorsus, reliquis octo prætermissis. Respondent quidam, hoc esse quidem secundum naturam, vt prima primo quoq; loco disponantur: sed Poëtis certam esse scribendi libertatem, quam reliquum scriptorum genus sibi vendicare non potest, vt tunc demum ἀμεθόδως scripsisse videantur, cum ἀμεθόδως scripserint. Itaque non contexunt opera sua, ab ouo, vt aiunt, exorsi, sed in medias res statim auditorem rapiunt, & ad euentum depioperant. Sic quod pro principio sumunt, in principio non statuunt, & auditorem qui quarit, quod non extat, suspensum & captiuum tenent. Quod eleganter ab Heliodoro in Aethiopica historia obseruatū est. Latinus etiam Poëta Virgilius hanc ἀτεχνῶν ἀταξίαν obseruauit. Et hæc est vulgaris de hac re sententia, quam etiam Eustathius oblitus non est. Quia tamen ipsa mihi hoc loco non satisfacit, quòd sanè nihil tale in tota Homeri Iliade perspicio, vt præposterè Troianum bellum scripserit, eam mihi sicco pede transeundam esse non duxi. Optimè etenim omnium Aristoteles in Poëtica censet diuinum Homerum minimè esse hoc bellum, quod alioqui principio, medio, finéque constabat, totum scribere aggressum, siquidem in nimiam magnitudinem fuisset euasurum, atq; ideò perceptu difficile, aut etiamsi ad iustam magnitudinem perstrinxisset, inculcatum nimia varietate futurum, itaq; eius duntaxat vnam partem suscepisse, in qua pluribus sit vsus episodijs, quibus poësin ipsam locupletauit. Hæc est Philosophi illius sententia, quam ego cæteris omnibus antepono, atq; adeò ipsi Dioni Chrysostomo, qui Homerum instituisse dicit bellum ab Achiuis aduersus Troianos scribere, quod nos cum Aristotele intelligimus. Nam non totum bellum, sed partem belli tantùm Poëta conscribere voluit Sed cur ab ira Achilles potius incepit Poëta? Plutarchus respondet, quia antequam illa contingerent, ταῦτα ἦν ἀδύνατα, καὶ πράξεις οὐκ ἔχοντα μακράς, οὐδὲ ἐπιπολλάς. Siquidem quandiu Achilles Græcis συνεμάχησεν, οὐδέ ποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιάων οἴχνεσκον. κείνου γὰρ ἐδείδισαν ὄβριμον ἔγχος. Vbi autē ipse iratus in tentorio suo otiosus delituit, Troiani, animosiores facti, vrbe egressi in Græcorum copias eruperunt, (quanquam aliud dicat historia Dictys Cretensis) vnde atrocissima vtrinque excitata est pugna virtute & gestis heroum multiplicibus nobilitata, quemadmodum in progressu videbitur. An' non est hoc ab ipso rerum capite initium facere? Cur aliunde quàm ab initio exorsum esse Homerum cōmentus est Dio ille Prusæus? Cùm enim bellum illud Troianum, vt iam diximus, nono tantùm anno gestum perscribere voluerit, non poterat aliunde commodiùs neq; meliore ordine quàm ab Achillis ira exordiri Ab illis ergo in hoc peccatum est, quòd intentionem Poëtæ non animaduerterint Enimuerò si hoc non sit rectum poëmatis istius & totius narrationis principium, quale tādem erit illud? An nauium catalogus? Minimè, quia ab ipso ouo gemino, vt ait Flaccus, fuerat incipiendum: vel ab ipso Paridis de tribus Deabus iudicio, cuius ne vspiam quidem Homerus meminit, vt docet Plutarchus, & nos suo loco monebimus, nimirum in f. lib. ω. Quanquam enim in toto operis contextu passim multa interserantur temporum præcedentium, illa tamen sunt, vt diximus, tantùm episodia,

id est, præter propositum argumentū inducta. Ipsa autē belli initia & progressus historicè cōplexi sumus in nostris Prolegomenis.

a μῆνιν ἄειδε θεὰ] Meminit Plutarchus in commentario, Quemadmodū sentias te in virtute proficere, vitiosi primi carminis causa Homerum non fuisse deterritum, quin reliqua intrepidè prosequeretur, tantum illi ex facultate sua animorum ad reliqua superabat. Quod etiam olim animaduertit Didymus, in quo tres errores annotabat, vt obseruauit Gyraldus de Poet. hist. lib. 2. Primus fuit hepthemimeris breuis contra naturam producta: secundus, quòd in quinto pede non seruata est ratio synalœphæ: tertius in ἀχιλῆος, cuius altera syllaba vna est litera fraudata, vt dactylo locus esset. Idem Iustinus Martyr in παραινετικῷ etiam obseruauit, cuius hæc sunt verba, ex Pici Mirandulæ interpretatione. Homerus, inquit, abusus poetica licentia, cùm opinionem Orphei de pluralitate Deorum imprimis imitatus fuisset, fabulosa quidem pleraq; ex eorum multitudine meminit, ne Orphicæ poësi non succinere videretur, quam adeò sibi proposuerat imitandam, vt ex primo ipsius poësis carmine suam ad illam conuenientiam significarit. Cùm enim ita Orpheus in principio sui poëmatis dixisset, Iram frugiferæ Cereris Dea pande canenti. ille ita: Iram Pelidæ rigidi dea pande canenti. Deligens, vt mihi quidem apparet, ita exordiri, vt etiam à metri poëtici ratione decideret, ne primus videretur Deorum nominis meminisse. Hæc ille.

b ἄειδε] Inuocationes huiusmodi, vt antea dicebamus, in Poëtis frequentissimæ sunt. Sic Pindarus, μοῦσα ἀλέγκε με. & alibi: μαντεύεο μοῦσα προφατεύσω δ' ἐγώ. Sic Hesion, μοῦσαι πιερίηθεν, &c. Sic Stesichorus: δεῦρ' ἄγε καλλιόπεια λιγεῖα. Quid autem per θεὰν intelligat, Lexicon Homericum, quod harum annotationum editionem (Deo fauente) subsequetur, explicari commodiùs poterit. Hic tantum sciendum est, idem hoc loco esse θεὰ quod in Odyssea μοῦσα. Per genus scilicet speciem significat, & per eam rursus indiuiduum, nimirum Calliopem, quam Stesichorus expressit. Ea προφερεστάτη ἀπασῶν dicitur ab Hesiodo, quòd videlicet, vt ait ill us Scholiastes, omnibus præstare carmina dicatur: (quanquam Aristarchus πρεσβυτάτην interpretetur propter antiquitatem poeseos. vide Macrobium in Som. Scip. lib. 2. cap. 3.) Eam idcirco Græci Grammatici Poëticæ præfectam esse dicunt, vnde & frequentius ab ipsis Poësis soleat inuocari. Vult tamen Eustathius noster per vnam Musam omnes intelligi, quasi idem sit hoc loco numerus pluralis cum singulari, vt idem est, ἐλάθησε & ἐλάθησαν. Ideò Iliad. 2. dicet Poëta, ὅτι ὑμεῖς μοῦσαι θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα. Alias etiam Poeta Musas inuocat plures, non vnicam tantùm, vt ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι: Iliad. 14. in fine libri.

c ἄλγε' ἔθηκε] Illud περὶ non est otiosum: significat enim περὶ τὸν μόρον, καὶ περὶ τὸ μοιρίδιον, ante fatum, quod in morte violenta anteueniti imaginamur, tanquàm in faciendo fine vitæ, quæ violenta sunt, non videantur fato venire: vt est apud Gellium lib. 13. cap. 1. vbi hæc verba Tullij examinantur 1. Philip. Multa autem impendere videntur præter naturam etiam præterque fatum. Sic Virgilius Didonem morientem fingit nec fato, nec merita morte, sed ante diem. (Alium autem sensum habet illud, quod est apud Q. Calabrum lib. 7. οὐ γὰρ ὑπὲρ κῆρας τις ὑπ' ἀργεῖ δάμνατο ανήρ.) Itaque Aristoteles Prob sect. 1. q. 6. & de Gener. anim. lib. 5. cap. fin. τὸ βίαιον παρὰ φύσιν dixit. Qui autem in bello moriuntur, violenter moriuntur, ideoque præter naturam: quia causam mortis extrinsecus habent. Mortis autem duo esse genera, docet idem Philosophus περὶ αὐξήσεως his verbis: θάνατος δ' ἐστιν ὁ μὲν βίαιος, ὁ δὲ κατὰ φύσιν, βίαιος μὲν ὅταν ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν ᾖ, κατὰ φύσιν δὲ ὅταν ἐν αὐτῷ. Mors, inquit, aut violenta est, aut secundùm naturam. Violenta, cùm principium vel causa est extrinsecus. Secundùm naturam, cùm ea est intrinsecus (quam mortem Demosthenes περὶ στεφάνου, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellat.) Idem Timæus Platonicus, θάνατος ὁ μὲν κατὰ νόσους καὶ τραύματα γιγνόμενος ἀλγεινὸς καὶ βίαιος. ὁ δὲ μετὰ γήρως ἰὼν ἐπὶ τέλος κατὰ φύσιν, ἀπονώτατος τῶν θανάτων, &c. Eo loci disputatur ea quæ præter naturam accidunt, molesta esse, contra quicquid naturæ consentaneum, iucundum. Vnde obseruabis quàm rectè Poeta noster mortes hoc loco ἄλγεα appellet, quanquam per ἄλγεα vulnera intelligat Eustathius, quæ mors non consequitur, quod valde non probo, si in optione duorum præstantius est eligendum. Per ἄλγεα igitur mortes, cuius sequitur ἐπεξήγησις πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς, &c, meo periculo interpretemur.

d αὐτοὺς] Per αὐτοὺς, heroum corpora intelligit: nam animæ iam ad inferos transierant Nota autem, horum omnium causam in Achillis iram referri, non quasi verè efficientem illam hæc omnia, quomodo enim armis in eos sæuisset? sed propter herois à Græcorum castris absentiam, quæ Troianis vrbe egrediundi ansam præbuit. Quod ergo dicitur ex lege τοῦ κωλύοντος, Tam esse in culpa, qui non propulsat ab alio, cùm potest, quàm qui infert iniuriam, in Achillem hoc loco vsurpatur. Quod autem harum calamitatum causam Achillem esse dicit, notandum est, quod Plutarchus in libro de Homero monet, sensisse Poëtam, quod post eum nobilissimi philosophi Plato, Aristoteles & Theophrastus, non omnia fato euenire, sed & in omnibus aliquid esse positum quibus initium quidem à voluntate est: cum eo autem coniungitur quodammodo necessarium, cùm quis eo quod volebat acto, in id quod volebat incidit. Quod Poëta, inquit, multis locis monstrauit, atque adeò vt usque poeseos initio. Nam in Iliade dicens, iram Achillis causam exitij Græcis fuisse, tunc Iouis voluntati satisfactum esse scribit. In Vlyssea monstrat, socios Vlyssis sua stultitia in perniciem prolapsos: peccauerunt enim, cùm sacros Soli boues aggressi sunt, quibus abstinere licebat, &c. Nam hoc in Odyssea copiosiùs explicabitur.

e διὸς δ' ἐτελείετο βουλή] Quæ sit hæc διὸς βουλὴ, varijs opinionibus determinatum est. Nos illas accuratè expendamus Primùm Plutarchus in libro de Auditione Poetarum suam exposuit sententiam his verbis, vt illa Xylander interpretatus est. Ipso Iouis nomine, inquit, aliquando ipse Deus, aliquando Fortuna, sæpe etiam Fatum nuncupatur. Quum enim dicunt, Ζεῦ πάτερ ἴδηθεν μεδέων, ipsum Deum dicunt: quum verò in causis euentorum Iouem nominant, vt hic διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. fatum intelligunt. Non enim putat Deum Poeta hominibus mala struere: sed rerum necessitudinem rectè indicat, quod scilicet fato prosperitas & de hostibus victoria destinata sit ciuitatibus, exercitibus, & ducibus modestiam seruantibus: sin verò affectibus obsequuti peccent (sicut isti secum dissident & tumultuantur) indecorè agere, perturbari, & infortunium habere, eodem fato eos cogi. ἁμαρτάδων γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων κακὰς ἀμοιβὰς ἐπικραίνουσι βροτοῖς, &c. Hæc ille, quæ nos piè probare non possumus, cùm Deum à fato non separemus, neq; etiam Homerus hoc voluerit. Quidam per διὸς βουλὴν, sacram quercum vaticinantem in nemore Dodonæo intelligunt, vel potiùs, vt ego existimo, oraculum, quod ex illa quercu reddebatur, vt Homerus ipse appellat Odyss. τ. τὸν δ' ἐς δωδώνην φάτο βήμεναι ὄφρα θεοῖο ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Sed quid ad nos hic oracula? Quidam hoc ex historia quadam Homerum desumpsisse dicunt. Aiunt enim, terram cum hominum multitudine grauiter premeretur, nulla tamen inter ipsos regnaret pietas, postulasse à Ioue, vt se tanto onere leuaret. Iouem autem primùm quidem Thebanum bellum excitasse, in quo multi perierunt: deinde verò Momi vsum consilio, quod διὸς βουλὴν Homerus vocat. Cùm autem fulminibus aut diluuijs totum humanum genus posset perdere, hoc Momum impediisse, propositisque duobus consilijs, & Thetidis θυγατρὸς, vnde Achilles, & filiæ, id est, Helenæ pulchra generatione, ex quo vtroque bellum inter Græcos & Barbaros excitatum est accidisse vt multa parte oneris terra leuaretur. Quæ historia extat apud Stasinum Cyprioru carminum authorem, (ea tamen Euelo cuidam à Gyraldo tribuuntur) cuius hæc verba à Didymo memorantur: ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμενα βαρυστέρνου πλάτος αἴης) Hæc verba ex duobus versibus mutilata, ni fallor, adducuntur.) Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι

Σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν	Ριπίσας πολέμου μεγάλην ἔριν ἰλιακοῖο
Ὄφρα κενώσειε θανάτῳ βάρος. οἱ δ' ἐνὶ τροίῃ	Ἥρωες κτείνοντο. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Quod quidem hoc loco nimis longè petitum videretur. Si quis tamen probauerit, non repugnabo: quanquam illud H. Stephano non probari animaduerterim, quem ego tum demum sequar, cùm à tam ineptis fabulis Poetarum volumina repurgata ostenderit. Neque tamen dissimulabo omnium præstantissimam Aristarchi & Aristophanis sententiam mihi videri, cui subscripsit quoque Didymus, consilium Iouis intelligi cum Thetide initum de Achille honorando, vt in sequentibus videbitur.

---

a Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;	*Quisnam ipsos deorum liti commisit vt pugnarēt?*
b Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός. ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς	*Latonæ & Iouis filius. hic.n. regi iratus, (populi,*
Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, ὀλέκοντο δὲ λαοί,	*Morbum per exercitū suscitauit malū, peribāt aūt*
Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα	*Quoniam Chrysen cōtumelia affecerat sacerdotem*
	Ἀτρείδης.

Α᾽τρεΐδης. ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Α᾽χαιῶν,
Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ᾽ ἀπερείσι᾽ ἄποινα,
ᶜ Στέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Α᾽πόλλωνος,
Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ· ᵈ καὶ ἐλίσσετο πάντας Α᾽χαιούς,
Α᾽τρεΐδα δὲ μάλιστα, δύω κοσμήτορε λαῶν,
Α᾽τρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Α᾽χαιοί,
ᵉ Υ῾μῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες
Ε᾽κπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, ᶠ εὖ δ᾽ οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι.
Παῖδα δ᾽ ἐμοὶ* λύσαιτε φίλην, ᵍ τὰ δ᾽ ἄποινα δέχεσθε
Α᾽ζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Α᾽πόλλωνα.

Atrides. ille enim venit celeres ad naues Achiuorũ,
Liberatur⁹ꝗ filiã, ferẽsꝗ infinita precia liberationis,
Coronãꝗ habẽs in manib. longè iaculãtis Apollinis,
Aureo cum sceptro: & obsecrabat omnes Achiuos,
Atridas autem maximè, duos principes populorum,
Atridæꝗ & alij bene ocreati Achiui,
Vobis quidem dij dent, cœlestia domicilia habentes
Expugnare Priami vrbẽ, feliciter .v. domũ reuerti,
Filiã .a. mihi soluite dilectã. hæc .v. pcia liberatiõis ac
Venerãtes Iouis filiũ lõgè iaculãtẽ Apollinẽ. (cipite

* λύσαιτε, φ. τ᾽ δ᾽ ἄπ. δέχεσθ.

COMMENTARIVS.

a ἐξ οὗ τὰ πρῶτα διαστήτην] Iræ Achillis causas à capite arcessit, quod planè ἐμμεθόδως exequitur. Illas nos strictim complectimur. Iram præcedit iniuria, iniuriã contentio, contentionẽ pestis, pestem iniustitia ob Chrysem ab Agamemnone non redditam, cui adiuncta est impietas ob sacerdotis diuini contemptum. Et hæc erit ἀνάλυσις. σύνθεσις verò ita summariè. Chryses filiam suam reposcit, ab Agamemnone indignè repellitur, hinc Apollo peste Græcos affligit, ea vt sedetur, cogitur Chryseidem restituere Agamemnõ, cum Achille ea de re contendit, indignatusq; ipsi Briseidem eripit, qui ob iniuriam acceptam iratus Regi otiosus in tentorijs delitescit.

b Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός] Triplicem causam aliam ab alia dependentem exponit, quæ figura est ab antiquis ἱμαντόβολον appellata.

c στέμματ᾽ ἔχων] Hæc insignia Apollinis erant, quibus se Chryses eius sacerdos instruit, vt ipsius Apollinis reuerentia Agamemnon commoueretur ad restituendam Chryseida. Quod & in historia Dictys Cretensis indicauit lib. 2. vt Q. Septimius transtulit. Per idem tempus, inquit, Chryses, quem sacerdotem Sminthij Apollinis suprà docuimus, cognito filiam suam Astynomen cum Agamemnone degere, fretus religione tanti numinis, ad naues venit, præferens Dei vultus, & quędam ornamentorum templi eius, quò faciliùs recordatione præsentis numinis veneratio sui regibus incuteretur, &c. Ideò ipse Chryses mox dicet,

τὰ δ᾽ ἄποινα δέχεσθε Α᾽ζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Α᾽πόλλωνα.

d καὶ ἐλίσσετο πάντας ἀχαιούς] Hinc colligunt, videri apud Troiam Græcorum statum ex Democratia & regia potestate commixtum fuisse. Quod cùm sciret Chryses, omnes Græcos orauit, maximè verò Reges. Erat enim totius populi, sententiam suam ferre: Regis autem, secundùm Euripidem, vltimam vocem emittere, & populi sententiam aut probare, aut improbare, vt docet Poeta tum hîc tum alibi. Hic enim cùm toti populo placeret, vt Chrysæ filia restitueretur, ait id Agamemnoni non placuisse. Septimo autem Iliados eundem facit vocem populi sequentem.

e ὑμῖν μὲν θεοί] Vel Græcorum beneuolentiam aucupandi gratia popularium suorum excidiũ Chryses imprecatur: vel ex animo & non fictè, quasi ipsi in causa sint, vt ille sua filia sit spoliatus, siquidem si Helenam Paris non rapuisset, non fuisset abducta captiua Chryseis. His ego addo, quod apud Dictym Cretensem Chryses memorat infensos sibi Troianos, & in dies quippiam in se Alexandrum moliri eiusque consanguineos, ob exhibitam à se paulò ante immolationem, scilicet ex oraculo Pythij, quod eodem libro Historicus recitat his verbis: Eadem tempestate oraculum Pythij Græcis perfertur, concedendum ab omnibus, vt per Palamedem Apollini Sminthio sacrificium exhiberetur. Quæ res multis grata ob industriam & amorem viri, quem circa omnem exercitum exhibebat, nonnullis ducum dolori fuit. Cæterùm immolatio centum victimarum, sicut prædictum erat, pro cuncto exercitu exhibebatur, præeunte Chryse loci eius sacerdote.

f εὖ δ᾽ οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι] Loquitur vt Vates, qui putà præuideat Græcos multa mala in reditu suo perpessuros, ideò tacitè illud deprecatur.

g τὰ δ᾽ ἄποινα δέχεσθε] Idem habet historia: Dein oblatis, inquit, auri atque argenti donis plurimis, redemptionem filiæ deprecatur: deprecans vti magnificarent præsentiam Dei, qui secum oratum eos ob sacerdotem proprium venisset. Et paulò pòst: Quæ vbi accepère, reddendam filiam sacerdoti, neque ob id accipiendum præmium, vniuersis placet. Quippe cùm per se amicus, fidesque nobis, tum præcipuè ob religionem Apollinis nihil non meriti, credebatur. Namque iam multis documentis ac fama insularum, obsequi numini eius per omnia destinauerant. Quæ postquam Agamemnon accepit, obuiam cunctorum sententijs ire cœgit. Itaque atroci vultu exitium sacerdoti comminatur, ni recederet: perditum senem atque extrema metuentem, imperfecto negotio ab exercitu dimittit. In qua narratione vnum est, à quo dissentit Homerus, quia dicit vniuersos Græcos noluisse hæc dona Chryse accipere, quod historiæ aduersatur.

Ε᾽νθ᾽ ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Α᾽χαιοί,
αἰδεῖσθαί θ᾽ ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα·
Α᾽λλ᾽ οὐκ Α᾽τρεΐδῃ Α᾽γαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,
ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ᾽ ἐπὶ μῦθον ἔτελλε·
Μή σε γέρον κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω
ἢ νῦν δηθύνοντ᾽, ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα,
μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο.
τὴν δ᾽ ἐγὼ οὐ λύσω, ᵇ πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν,
ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Α᾽ργεϊ τηλόθι πάτρης
ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν
ἀλλ᾽ ἴθι, μή μ᾽ ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.
Ω῾ς ἔφατ᾽· ἔδεισεν δ᾽ ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.
βῆ δ᾽ ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
πολλὰ δ᾽ ἔπειτ᾽ ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ᾽ ὁ γεραιὸς
Α᾽πόλλωνι ἄνακτι, τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ·
Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ᾽ ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Σμινθεῦ ᶜ εἴ ποτέ τοι χαρίεντ᾽ ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα ᵈ μηρί᾽ ἔκηα
ταύρων, ἠδ᾽ αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ,
Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ ᶠ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

Tunc alij quidem omnes comprobarunt Achiui,
Reuerẽdũꝗ sacerdotẽ, et splẽdida accipiẽda precia liberatiõis:
At nõ Atridæ Agamẽnõi placuit animo,
Sed iniuriosè dimisit, durumꝗ sermonem mãdauit.
Ne te, senex, cauas ego apud naues offendam,
Vel nunc tardantem, vel pòst denuò venientem:
Non vtiꝗ tibi proderit sceptrum & corona dei.
Hanc aũt ego nõ soluã antequam ipsam & senectus adeat,
Nostra in domo Argis, procul à patria
Telam percurrentem, & meum lectum capessentem.
Sed abi, ne me irrites, saluus vt redeas.
Sic dixit: timuit aũt senex & obediuit mãdato:
Ibat aũt tacitus iuxta littus multistrepentis maris.
Multùm aũt posteà seorsum vadẽs precabatur senex
Apollinem regem, quẽ pulchricoma peperit Latona:
Audi me argenteũ arcũ habẽs, q Chrysam tueris,
Cillamꝗ valde diuinam, Tenedoꝗ fortiter imperas,
Smintheũ si quando tibi gratũ templum coronaui,
Vel si quandò tibi pingues coxas cremaui
Taurorum & caprarũ, hoc mihi perfice desiderium.
Pẽdãt pœnas Danai ob meas lachrymas tuis sagittis.

COMMENTARIVS.

a ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ] Sententiam vniuersorum non dicit Atridæ vtrique displicuisse, sed soli Agamemnoni. Rationem satis frigidam adduxit Eustathius: quia, inquit, senior erat Agamemnon, atqui vt est apud Herodotum, νομιζόμενά ἐστι παρὰ πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτερον ἄρχειν. Nos verò dicimus, Agamemnoni soli decretum illud vniuersi populi de restituenda Chryseide non placuisse, quia ipsa in eius erat potestate, iniustumque arbitrabatur prædam belli tam amabilem deserere. Fecit hoc amor in Chryseidem, vnde videntur mihi Græci eo fato conflictari, vt mulierum causa pereant. Narrat autem historia, conuentu dissoluto, singulos reges Agamemnonem adijsse, qui eum multis probris sunt insectati, quippè quòd ob amorem captiuæ mulieris, seque, & quod indignissimum videretur, tanti numinis Deum contemptui habuisset, ac mox vniuersos execratos eum deseruisse.

b πρίν μιν καὶ γῆρας] Cùm de futuro loquimur, solemus interdum tempus præfigere, cuius aduētu spes est rem aliquam confectam iri. Aliquando tamen tempus eiusmodi statuimus, vt tamen spes euentus rei nulla idcirco fiat, qualis est hoc loco. Idem enim valet illud Agamemnonis, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν, ac si οὐδέποτε dixisset. Illud autem ἔπεισιν dictum est pro futuro ἐπελεύσεται, per temporis enallagen.

c εἴ ποτέ τοι χαρίεντα] Hæc officiorum Chrysæ in Apollinem commemoratio, & remuneratio Apollinis, mutam quandam complectitur gratitudinis admonitionem. Sic solet etiam in fabulosis narrationibus Homerus esse παιδευτικός. Ideò olim Philosophia quædam prima videbatur Poësis, quæ actiones rectas aut prauas cum voluptate edocet. Qua de re aliàs dictum est.

d μηρί' ἔκηα] Hoc dicit, quia coxæ solùm in sacrificijs penitus adolebantur, id est, ὡλοκαυτοῦτο. Cæteris verò animalium votiuorum membris licebat sacrificantibus vesci. πίονα autem appellat, quia solebant victimæ præstantiores ad Deorum sacrificia reseruari: vnde apud Latinos Egregiæ dicebantur, quasi è grege selectæ.

e τίσειαν Δαναοὶ] Bene Flaccus. Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Quid enim? Græci omnes ἐπευφήμησαν, solus Agamemnon aduersatus est precibus Chrysæ. At Græci intereunt, non Agamemnon. Quæ exempla noua non sunt: nam simile memoratur de apro Calydonio propter solum Oeneum Aetolum agros deuastante: item de Thebanorum cladibus ob vnius Oedipodis facinus: de Græcorum malis ob vnum Locrum Aiacem. Hoc autem loco ideo illud accidisse dicunt, quia moriente Agamemnone futurum erat vt exercitus dissolueretur, & sic Chryseis abduceretur: remanente verò illo superstite, cæterisque morientibus, causa eius rei inuestigatur, sic suam filiam Chryses recuperat. Quòd si Agamemnon moreretur, sine mœroribus fuisset. Viuens autem cruciatur, cùm videt, vt rex, suorum interitum. Vel, quod mihi quidem magis placet, quia omnibus placuisse videtur factum Agamemnonis, quòd illud non compescuerint (etsi historia dicat, post factum cæteros Reges in eum grauiter inuectos) ideò iustè puniuntur. Etenim Hesiodus dicit, πολλάκις καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα. Qua de re vir quidam doctissimus in primo libro de Potestate principis luculenter disputauit. Fuit nihilominus insigne illud in Chrysa vindictæ studium, vt aduersus vniuersos Græcos preces conciperet, à quibus non erat læsus: sed si idem popularibus suis Troianis anteà non pepercit, quanto facilius extero isti exercitui infensus factus est?

f δάκρυα] Intelligimus κατὰ τὸ σιωπώμενον fleuisse Chrysem. Est autem mos ille Poëtæ vsitatissimus vt obseruanda relinquat multa auditoribus, quæ in serie narrationis non exponuntur, postea tamen leuiter intertexuntur, quæ integros actus præcessisse indicant.

Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, [a] τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·	*Sic dixit orans, hūc aūt exaudiuit Phœbus Apollo.*
Βῆ δὲ κατ' οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ,	*Descendit autem ex cœli verticibus iratus cor,*
Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.	*Arcus in humeris habēs, circumtectāq; pharetram:*
Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο	*Clanxerunt autem sagittæ in humeris irati,*
Αὐτοῦ κινηθέντος· ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς.	*Quum moueretur: ipse autem ibat nocti similis:*
Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν, μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε·	*Sedit posteà seorsum à nauib. sagittam aūt immisit:*
Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο.	*Terribilis autem clangor factus est argentei arcus.*
[b] Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.	*Multos quidem primùm inuasit, & canes veloces.*
Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς * ἀφιείς, (γρ. ἐφιείς,)	*Sed postea in ipsos sagittam mortiferam immittens,*
Βάλλ'· αἰεὶ δὲ [c] πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.	*Feriebat: sēp. a. pyræ mortuorū incēdebāt frequētes.*

COMMENTARIVS.

a τοῦ δ' ἔκλυε] Perpetuum est in nostro Poëta vt iustæ preces otiosæ non sint, aut vanæ sed exaudiantur. Hunc euentum porrò à Deo preces eiusmodi solent consequi. Verum enim est illud Orphei hymnographi, οὐ γὰρ ἄτιμοι ἱκεσίης ζωοῖς κοῦραι λιταί.

b οὐρῆας μὲν πρῶτον] Huius pestis meminit Ammianus Marcellinus libro 19. cùm pestilentiæ causas explicat. Nimietatem frigoris, inquit, aut caloris, vel humoris, vel siccitatis, pestilentias gignere, philosophi & illustres medici tradiderunt. Vnde accolentes loca palustria vel humecta, tusses, ioculares casus & similia perferunt: contrà confines caloribus tepore febrium arescunt. Sed quantò ignis materies cæteris efficacior, tantò ad perimendum celerior siccitas. Hinc cùm decennali bello Græcia desudaret, ne peregrinus pœnas dissociati regalis matrimonij lucraretur, huiusmodi grassata pernicie telis Apollinis periere complures, qui Sol æstimatur: atque, vt Thucydides exponit clades illa, quæ in Peloponnesiaci belli principijs Athenienses acerbi genere morbi vexauit, ab vsque feruenti Athiopiæ plaga paulatim proserpens, Atticam occupauit. Alijs placet, auras (vt solent aquæ) vitiatas fœtore cadauerum, vel similibus salubritatis violare maximam partem, vel certè aëris permutationem subitam, ægritudines parere leuiores. Affirmant etiam aliqui, terrarum halitu densiore crassatum aëra, emittendis corporis spiraminibus resistentem necare nonnullos: qua causa animalia, præter homines cætera, iugiter prona, Homero authore, & experimentis deinceps multis, quum talis incesserit labes, antè nouimus interire. Hæc Marcellinus, quæ huc transcribi volui, quia locum Homeri maximè illustrant. Sed hanc quæstionem pleniùs enodemus, cur muli & canes primi pestilentia ista conflictantur? Interpretes Græci dicunt id fieri, quòd illa animalia præstantissimo sint odoratus sensu prædita, ideò faciliùs hanc aëris intemperiem hauriant. Hippocratem verò audiamus, cuius verba de peste huic loco maximam lucem afferent. Sic ergo ille libro περὶ φυσῶν· ἔστι δὲ δισσὰ ἔθνεα πυρετῶν, ὡς ταύτῃ διελθεῖν. ὁ μὲν κοινὸς ἅπασι, καλεόμενος λοιμός, ὁ δὲ διὰ πονηρὴν δίαιταν ἰδίῃ τοῖσι πονηρῶς διαιτεομένοισι γινόμενος. ἀμφοτέρων δὲ τουτέων αἴτιος ὁ ἀήρ. ὁ μὲν οὖν κοινὸς πυρετὸς διὰ τοῦτο τοιοῦτός ἐστιν, ὅτι τὸ πνεῦμα τωὐτὸ πάντες ἕλκουσιν. ὁμοίου δὲ ὁμοίως τοῦ πνεύματος τῷ σώματι μιχθέντος, ὅμοιοι καὶ οἱ πυρετοὶ γίνονται. ἀλλ' ἴσως φαίη τις, διὰ τί οὖν οὐχ ἅπασι τοῖσι ζώοισιν, ἀλλ' ἔθνει τινὶ αὐτέων ἐμπίπτουσιν αἱ τοιαῦται νοῦσοι; διότι, φαίην ἄν, διαφέρει σῶμα σώματος, καὶ φύσις φύσιος, καὶ τροφὴ τροφῆς. οὐ γὰρ πᾶσι τοῖσιν ἔθνεσι τῶν ζώων πάντα οὔτ' ἀνάρμοστα, οὔτ' εὐάρμοστά ἐστιν, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροισι ξύμφορα· ὁκόταν μὲν οὖν ὁ ἀὴρ τοιούτοισι πληθῇ μιάσμασιν, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πολέμιά ἐστιν, ἄνθρωποι τότε νοσέουσιν. ὅταν δὲ ἑτέρῳ τινὶ ἔθνει ζώων ὁ ἀὴρ ἀνάρμοστος ᾖ, τὸ νόσημα κεῖνα νοσέουσιν. Ex quibus duo colligimus: primùm, causam pestis ex aëris intemperie: secundò, cur à peste alia animalia præ alijs corripiuntur, cuius rei causam differentiæ vel corporis, vel naturæ, vel nutrimenti assignat Hippocrates. Illa differentia nutrimenti hoc loco in mulos quadrat: nam cùm illi in terra pascerentur, hunc corruptum spiritum facile cum nutrimento exhauserunt, siquidem causa huius pestilentiæ ex prauis exhalationibus oritur, vt refert quoque Marcellinus: quod idem causa fuit, vt cùm demisso sint capite quadrupedia, corruptum hunc vaporem naribus citiùs concipiant, ea præsertim quæ olfactum potentiorem habent, vt anteà diximus. Igitur ista aëris intemperies ex prauis terræ vaporibus promanauit quod ex Rufo quoque docet Aetius Tetr. 2. Serm. 1. capite nonagesimo quinto. Si verò, inquit, solerti ingenio quis præditus sit, futuram pestem prænoscet, attendens anni temporibus, quæ & mala sunt, & in bruta animantia impetum faciant. Si enim ambiens nos aër pestis causa fuerit, volucrium generis prior interitus erit: si verò ex prauis de terra exhala-

tionibus

tionibus hoc contigerit,quadrupedium animantium prior corruptio fiet,&c. Quod postremum cùm hoc loco accidat, facilè est iudicatu,vtrum rectè de istius pestilentiæ causa sentiamus,postremam Marcellini opinionem amplectentes. Ex huius porrò loci argumento Marcion Philinum refutabat,Symp. Plutar.lib.4.problem.1.dicentem,animalia bruta inoffensa esse valetudine. Atqui hoc, inquit Marcion, irritum facit Homerus, experientia certa docens, bruta prima peste corripi. De hac verò peste sic loquitur Dictys Cretensis lib.2.Igitur Chryses.inquit,vbi iniuriam perpessus ab Agamemnone, discessit: neque multi fluxere dies,incertum alio'ne casu,an vti omnibus videbatur,ira Apollinis, morbus grauissimus exercitum inuasit Principio grassandi facto à pecoribus,deinde malo paulatim magis magisque ingrauescente,per homines dispergitur, &c. Cæterùm quamuis duas tantùm animalium species,quæ peste illa correpta sint,designet Poeta: tamen verisimile est,alia quoque postea eadem lue conflictata fuisse, vt Eustathius quoque annotauit. Ne prætereamus,quod etiam Didymus ex Apollodoro infrà lib.φ. recitat, Apollinem ideò dici pastorem,vt cùm ab illo pestis oriretur,illa autem primùm pecora inuadat,vt ex hoc loco probat.pudore ab ea immittenda compesceretur,vt qui hoc pacto animalia læderet,quorum ipse tutelam gerere assueuerit.

c πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί] Nihil est ferè à veteribus dictum, quod neotericorum diligentia non obseruauerit. Cùm itaque ex Interpretibus Græcis morem hunc cadauera comburendi in hunc locum transcriberem, offendi eadem à Cælio Rhodigino viro diligentissimo lect.antiq. lib.17. cap.21.annotata,subticuit tamen ille authorem,vt solet.vnde illa excerpsit. Illius verba,si non piget,audiamus. Veterem,inquit, fuisse Græcis morem cadauera comburendi,quod à Septentrionalibus diu idem seruatum animaduertimus. Exustionis verò ratio affertur non vna: alijs opinantibus, quod in nobis diuinum est, igneo veluti vehiculo ad superna subuectum, cœlestibus inseri,subsidente quod terrenum est. Alij in eo purificationem quandam intelligere maluerūt, quoniam sit ignis ἁγνιστικόν quiddam,id est,expurgandi vim habens: nam & purgationes, quas καθαρμοὺς vocant,non citra ignem fiebant,quod significat Euripides,vbi Clytæmnestræ corpus igni depuratum scribit.Sed sententiam priorem in Scyllæ rogo approbare videtur Lycophron, & præterea Indorum Gymnosophistæ. Comburendi morem ab Hercule conditum, malè concipiunt quidam exusto Argio Lycimnij filio,relatis modò ad patrem ossibus, quem incolumem se restituturum fuerat pollicitus. Hæc Rhodiginus,quæ omnia ex Eustathij παρεκβολαῖς desumpta sunt.

Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο·	*Nouem dies quidem per exercitū ibant sagittæ dei:*
Τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορὴν δὲ [a] καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.	*Decimo aūt ad cōcionem vocauit populū Achilles:*
Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·	*Huic.n.in pcordijs posuit dea albas vlnas habēs Iuno:*
[b] Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.	*Curā.n.gerebat Danaorū,q̄a vtiq; morietes videbat.*
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν, ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο,	*Hi aūt postq̄ cōgregati sunt, in vnumq; cōuenerunt,*
Τοῖσι δ' [c] ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·	*Hos exurgens affatus est pedes velox Achilles:*
Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε [d] παλιμπλαγχθέντας ὀΐω	*Atride,nunc nos iterum errantes puto*
Ἂψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν·	*Retrocessuros si modò mortem quidem fugiamus.*
Εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.	*Siquidem simul bellumq; domat & pestis Achiuos.*
Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,	*Sed agè iā aliquē vatē interrogemus, vel sacerdotē,*
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον, ([e] καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν)	*Vel & somniorū interptē (etenim somniū à Ioue est)*
Ὅς κ' εἴποι ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων·	*Qui dicat,cur tantum iratus est Phœbus Apollo:*
Εἴτ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης,	*Siue hic nos ob vota nō reddita incusat,siue ob hecatōbē:*
Αἴκεν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων	*Aut si fortè ouiū nidorē,caprarūq; integrarū*
Βούλεται ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.	*Velit assequutus à nobis pestem depellere.*

COMMENTARIVS.

a καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.] De hac re sic tradidit Dictys lib.2. Cæterùm inquit, postquàm nullus morbi modus, & indies plures intereunt.cuncti duces conuersi iam in se quisque timore,in vnū coëunt. Ac dein flagitare Calchanta,quem futurorum præscium memorauimus, vti causam tāti mali edisserat.Hic enim perspicere se originē huiusce morbi,sed haud liberum esse quicquā eloqui: ex quo accideret,vt potentissimi Regis contraheret offensam Post quæ Achilles reges singulos adijt, vt interposita iusiurandi religione confirmarent,nequaquam se ob eam causam offendi. Hoc modo Calchas vbi cunctorum animos in se conciliauit,Apollinis iram pronunciat. Eum namque ob iniuriam sacerdotis infestum Græcis pœnas ab exercitu expetere.Dein perquirente Achille mali remedium,restitutionem virginis pronunciat,&c. Quæ cum Homero comparata,non parum oblectamenti,vt spero,lectoribus allatura sunt. Porrò vtut se rei veritas habeat,constat ex vtroque authore,Poeta & Historico,studium & amor Achillis in exercitum,vt planiùs dicetur in sequentibus,cùm de Briseide Agamemnoni concessa agemus. Quòd autem decimo die concionem conuocauerit Achilles.animaduertit etiam Plutarchus de aud.Poet. Atque vt erat,inquit, rei medicæ peritus (Achilles) post nonum diem,quo iudicari talia natura fert.sentiens morbum non esse vulgarem, aut ab vsitata aliqua causa profectum,surgensque ad dicendum,non populo se accommodat, sed consiliarium regi se præbet.

b κήδετο γὰρ Δαναῶν,] Hoc ad Iunonem referendum est,quæ cum Minerua inter deas Græcorum partes sustinebat,vt totus Iliadis contextus perdocebit.

c ἀνιστάμενος] Mos eiusmodi erat veteribus,etiamsi reges essent, vt eos circumstaret populus,& æqualiter ab omnibus exaudirentur. Si quis sedens concionaretur,rem nouam faciebat,& illi excusatione opus erat, qualis erit Agamemnoni aliquando propter vulnus.

d παλιμπλαγχθέντας] Quidam hunc secundum errorem interpretabantur, habita ratione prioris, quo Græci primùm ad Troiam nauigantes de via aberrarunt & immeritam tellurem deprædati sunt: quod accidit in Mysia, vt etiam Strabo meminit. Quidam verò illud penè absurdum existimantes, τὸ παλιμπλαγχθῆναι metaphoricè dictum volunt à telo, quod duro cuidam corpori impingens repellitur,quod solet Homerus dicere πάλιν πλαγχθῆναι: ita erit pro re infecta reuerti, vt copiosiùs dicemus in Lexico Homerico.

e καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν] Occurrit ei,quod poterat dici de somniorum vanitate, Cur somniorum interpretem percontabimur, qui in mendacijs habitet, & vt ait Herodotus, πεπλανημένα ἐς ἀνθρώπους ἐνύπνια περιέρχεσθαι; Tanquam Achilles respondeat, omnia somnia non sunt falsa: sunt etiam quædam,quæ à Deo veritatis authore proficiscuntur,quibus nos plerunque de rebus nostris commonefacit Sunt autem quidam ὄνειροι. ideò διόπεμπτοι vocati propriè dicti ὄνειροι,quasi τὸ ὂν εἴροντες καὶ τὸ ἀληθὲς λέγοντες. Appellantur etiam ὀμφαὶ,παρὰ τὸ τὸ ὂν φαίνειν. Somniorum itaque consideratio non est penitùs abijcienda, quam nec ipsi medici contemnunt,vnde extat liber Hippocratis περὶ ἐνυπνίων. Cautè tamen de ea sentiendum est, ne falsa veris commisceamus. Quod cùm à quibusdam fieri videret Aristoteles,factum est vt diceret,nulla esse diuina somnia,quanquam penitius librum illius intuenti apparebunt contrariæ opinionis in eodem vestigia. Sane somnia rectè in diuina & humana saniores distinguunt.Diuina illa sunt, quæ causas non habent naturales,vel quo ad animam,vel quo ad corpus hominis. Quorum vt efficiens Deus est, ita iudex est homo diuinus,somniorum coniector. Humana verò, quæ causas habent naturales,ab hominis, cui accidunt, vel animo, vel corpore pendentes. & sic apud Hippocratem vir ille summus,de quo etiam aliàs dicetur, Theod Zuingerus. Cæterùm de voce ὄνειρος aliquam video inter quosdam scriptores diuersitatem,imò de tota somniorum materia, quorum omnium alibi fiet olim copiosa mentio.

Ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν, κατ' ἄρ' ἕζετο. τοῖσι δ' ἀνέστη
Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων [a] ὄχ' ἄριστος,
Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
[b] Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω,
Ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν·
Ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με Διῒ φίλε μυθήσασθαι
Μῆνιν Ἀπόλλωνος ἑκατηβελέταο * ἄνακτος. (γρ. ἄνακτος;)
Τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω· [c] σὺ δὲ σύνθεο καί μοι ὄμοσσον,
Ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν·
Ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν ὃς μέγα πάντων
Ἀργείων κρατέει, καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί.
[d] Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι. σὺ δὲ φράσαι εἴ με σαώσεις.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλ-
[e] Θαρσήσας μάλα, εἰπὲ θεοπρόπιον ὅ, τι οἶσθα. (λεύς,
Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα διῒ φίλον, ᾧτε σὺ Κάλχαν
Εὐχόμενος Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις,
Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,
Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει
Συμπάντων Δαναῶν· οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπῃς,
Ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.

Certè hic ita loquutus sedit: his autem surrexi
Calchas Thestorides augurum longè optimus,
Qui sciebat & præsentia, & futura & præterita,
Et nauibus dux fuit Achiuorum ad Ilium (Apollo:
Suam propter vaticinationē, quā ei præbuit Phœb:
Qui ipsis benè sapiens concionatus est, & dixit:
O Achilles, iubes'ne me Ioui dilecte, eloqui
Iram Apollinis longè iaculantis regis?
Igitur ego dico: tu autem pacíscere, & mihi iura,
Certè qdē mihi prōptū verbis, & manib. te auxilia
Certè.n. puto virū iratū iri, q magnū omniū (turū:
Argiuorum imperium habet, & ei obediunt Achiui.
Potentior enim rex quando irascitur viro inferiori.
Quamuis enim iram & eodem die decoxerit,
Tamen & postea retinet iram, donec perfecerit
In pectoribus suis. tu autem dic si me seruabis.
Huic. a. respōdens alloqutus est pedes velox Achil-
Confisus valdè dic vaticinium quodcūq; scis. (les,
Non enim per Apollinē Ioui dilectū (cui tu Calchas
Vota faciens Danais vaticinia ostendis)
Quispiam, me viuente & in terra vidente,
Tibi cauas apud naues graues manus inferet
Cunctorum Danaorum, neq; si Agamemnona dicas,
Qui nūc longè potētissimus in exercitu iactatur esse.

COMMENTARIVS.

a ὄχ' ἄριστος,] De more habet Homerus, cùm personam seu nobilem, seu aliàs sibi vtilem, loquentem inducit, in eius laudem aliqua præmittere, vt hic de Calchante, quem à suis adiunctis ad rem præsentem accommodatis commendat. Neq; parum ad id facit genus: nam à Thestore ortus dicitur, qui in Odyssea præstantissimus vates memoratur.

b καὶ νήεσσ' ἡγήσατο] Quomodo naues Græcorum ad Troiam Calchas deduxerit, ostendit Dares Phrygius lib. de Excidio Troiæ. Illic dicitur, cùm copiæ Græcorum Athenas venissent, placuisse illis, vt Delphos ad Apollinem de tota re consulendum quispiam mitteretur. Huic rei Achilles præficitur, & cum Patroclo proficiscitur. Et paulò pòst: Quum Achilles Delphos venisset, ad oraculum pergit, & ex adyto respondetur, Græcos victuros, decimoq; anno Troiam capturos. Achilles res diuinas, sicut imperatum est fecit. Et eo tempore venerat Calchas à Thestore natus, & diuina dona pro Phrygibus à suo populo missus, Apollini portabat, simulq; consulit de regno rebusque suis. Huic ex adyto respondetur, vt cùm Argiuorum classe militum contra Troianos proficiscatur, eosq; sua intelligentia iuuet, ne vel inde prius discedant, quàm Troia capta sit. Postquam in fanum ventū est, inter se Achilles & Calchas responsa contulère: gaudentesque hospitio, amicitiam confirmant, Athenas vnà proficiscentes perueniunt: & Achilles in eadem concilio refert Argiui gaudent, Calchantem secum recipiunt, classem soluunt, &c.

c σὺ δὲ σύνθεο] Idem memorat historia, cuius verba suprà descripsimus in vocibus καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.

d κρείσσων γὰρ βασιλεύς] Huc pertinet quod est inf. 2. Iliad. θυμὸς γὰρ μέγας ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων. Fulmē est, inquit Publius, vbi cum potestate habitat iracundia. Neq; ineptum est hoc loco illud Euripidis in Medea apud Stob. μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσι. Hanc autem Regis iram auget Calchas ob illius diuturnitatem. Solent enim, inquit, Reges offensi licet vna die videantur furorem illum iræ cōcoxisse, tamen in pectore vindictæ studium fouere, donec tandem illud exequantur, quod quidem superbis, fastuosis, malis denique regibus peculiare est: scimus tamen ἀμνηστίαν iniuriarum, quæ solet clementiam & humanitatem comitari, regibus non solùm ornamento esse, sed & ad ipsius regni stabilitatem necessariam, cuius exempla infiniti reges satis luculenta reliquerunt. Neque est existimandum, hæc ab Homero sub Calchantis persona adeò γνωμικῶς dici, vt generaliter in omnes reges vsurpari possint: indicat tamen hoc ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ accidere, considerata tum corrupta & vitiosa hominis natura iniuriarum impatientissima, tum etiam potentiorum fastu, vt qui se ab humilioris fortunæ viris aliqua ratione lędi ęquanimiter non ferāt. Est enim plerunq; in excelsæ dignitatis fastigio collocatis familiare, vt tenuiores veluti despiciant, tantùm abest vt earum aut contumelias, aut quaslibet iniurias boni consulant, quin protinus efferuescit eorum bilis, quam demum cum sui vltione euomunt. Et hoc vitium tacitè in Agamemnone fuisse videtur indicare: nam si mansuetum eum agnouisset, non erat sibi Achillis præsidio aduersus illius excandescentiam consulturus. Quod non ideò facit, quia se illi iniuriam facturam putet, sed quia vt est in vulgari prouerbio, illis etiam temporibus Veritas odium pariebat. Vnde est, vt cùm causam huius calamitatis in Agamemnonem esset relaturus, & cum illius damno, nimirum Chryseidis restitutione, illam sedari oporteret, illius furorem & indignationem reformidauerit quam nihilominus, sed verbis tantùm expertus est. Adeò est periculosum proceres & magnates viros irritare, etiam vbi iustissima causa te fretum sentias. Hinc perniciosa illa pestis, Dissimulatio, quæ in regum & principum aulis grassari solet: vbi nimiùm vsurpatur illud Pindari Nemeorum Od. 5, οὔτοι ἅπασα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀτρεκής. καὶ τὸ σιγᾶν, πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπων νοῆσαι. id est, Non omnis lucro est ostentans palàm faciem suam veritas constans Verùm silere est, sapientissimum hominibus nouisse. Vel etiam illud Sophoclis in Creusa, καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὰ ψευδῆ λέγειν. ὅτῳ δ' ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθει' ἄγει συγγνωστὸν εἰπεῖν ἐστι καὶ τὸ μὴ καλόν. id est: Haud quidem honestum est mendacia loqui: cui tamen diram perniciem veritas affert, huic venia danda licet inhonesta loquenti. Nolunt ergo veritatis quasi scabra asperitate Regum aures offendi, ad eorum vitia pessimè conniuent, ora sibi malignè occludunt, ne quid molestum illis effutiant: sicq; magis ac magis effrænatæ illorum licentiæ fenestram aperiunt, ne si sese illi opposuerint, in eorum furorem incurrant. Quod ipsum Calchantis etiam temporibus, vt videmus, fuit vsitatum, & nisi virtute Achillis confirmatus fuisset, paratus erat vniuerso exercitui calamitosus interitus, quia alioqui causam istius mali non retexisset, siquidē intelligebat hoc Agamemnoni auditu valde futurū iniucundum, atq; adeò hanc παῤῥησίαν suam eum tandem vlturum, quæ solet esse potentiorum hominum consuetudo. Atqui hoc facto dupliciter peccasset Agamemnon: primùm quòd rem iniuriæ loco erat deputaturus, quam Calchas non solùm verè, sed etiam in ipsius atq; adeò vniuersi exercitus commodum exposuisset, vnde sibi soli quàm reliquis omnibus maluisset cōsultum, exiguam hanc mulierculæ iacturam tot hominum saluti anteponens. Deinde quòd etiamsi hæc Calchantis libertas iniusta fuisset, tamen inferioris conditionis hominem vlcisci voluisset. Quod planè est à regia maiestate alienum, exemplo Indicorum canum, de quibus in Odyssea loquimur, qui minores feras contemnebāt, & cum fortioribus tantùm congrediebantur. Quin nihil est, vt dicebamus quod magis decorum sit Regenti (vt Senecæ verbis vtar) quàm clementia, neq; ideò hominibus potestas concessa est, vt noxia vlli sit etiam si prouocetur. Quod apum Regis exemplo eleganter docet Seneca lib. 1. de Clementia, cui deest aculeus, cùm cæteris

tamen

tamen apes iracundissimæ sint, ac pro corporis captu pugnacissimæ, & aculeos in vulnere relinquant. Noluit, inquit, illum natura, nec sæuum esse, nec vltionem magno constaturam petere, telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens, &c. Quam virtutem non dubito, quin Homerus agnouerit, sed vulgares regum & procerum mores, qui ad vltionem procliuiores sunt, planè expressit.

c θαρσήσας μάλα,] Ita publici commodi studiosus est Achilles, vt illius procurandi gratia audenti animo esse iubeat Calchantem, quem timor Agamemnoniæ potestatis prohibebat liberè sententiam suam de causa Grecorum calamitatis exponere, cui auxilium aduersus omnes pollicetur, atq; adeò aduersus ipsum Agamemnonem, cui alioqui regiæ authoritatis nomine honos & reuerentia ab Achille debebatur. Non ita se gerunt hodie, qui Calchantas innumeros potiùs repellunt, quàm vt eorum libera oratione delicatulas regum aures offendi patiantur: neq; desunt tamen Achilles multi, qui se illorum furori generosè opponant.

Καὶ τότε δὴ θάρσησε καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων,	Et tũc iã animũ sũpsit et dixit vates irreprehẽsibilis,	
a Οὔτ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὐθ' ἑκατόμβης·	Neq; hic ob vota nõ reddita ĩcusat, neq; ob hecatõbẽ,	
Ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων,	Sed gratia sacerdotis quẽ cõtumelia affecit Agamẽnõ,	
Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα·	Neq; liberauit filiã & nõ accepit precia liberationis.	
Τοὔνεκ' ἄρ ἄλγε' ἔδωκεν ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει·	Idcirco dolores dedit longè iaculans, & adhuc dabit:	
Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει,	Neq; hic priùs à peste graues manus continebit,	
Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην	Quàm patri dilecto reddatur nigris oculis puella	
Ἀπριάτην, ἀνάποινον, ἄγειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην	Inẽpta, sine redẽptiõis pcio, & ducã sacra hecatõbã	
Ἐς Χρύσην· τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν.	In Chrysam: tũc ipsum fortè placãtes psuadebimus.	
Ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ ἕζετο· b τοῖσι δ' ἀνέστη	Certè hic ita loquutus consedit: his autẽ surrexit	
Ἥρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων	Heros Atrides latè dominans Agamemnon	
Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα c φρένες* ἀμφιμέλαιναι	Cõtristatus: irã aũt valdè, pcordia circumfusa caligine,	γρ. ἀμφὶ μέλαιναι
Πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ d πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.	Plena erãt, oculi autem ipsi igni lucenti similes erãt,	
Κάλχαντα πρώτιστα* κάκ' ὀσσόμενος προσέειπε·	Calchanta primùm malè intuens alloquutus est:	γρ. κακ' ὀσσόμενος
e Μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας·	Vates malorum, nunquam mihi gratum dixisti:	
Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι·	Semper mala animo tuo iucundum est vaticinari,	
Ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας·	Bonũ aũt nondũ aliqd' dixisti verbũ, neq; perfecisti.	
Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις,	Et nunc inter Danaos vaticinans concionaris,	
Ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει,	Quod idcirco ipsis longè iaculans dolores facit,	
f Οὕνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλά' ἄποινα	Quoniã ego puellæ Chryseidis præclara liberationis	
Οὐκ ἔθελον δέξασθαι· ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν	Nõ volui accipere quoniã valdè cupio ipsã (precia	
Οἴκοι ἔχειν· καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα,	Domi habere. etenim Clytæmnestræ proposui	
Κουριδίης ἀλόχου· ἐπεὶ * οὔ ἑθέν ἐστι χερείων,	Vxori [illegible] virgini puellæ duxi, quia nõ ipsa inferior sit,	γρ. οὔ ἑθεν
g Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτε τι ἔργα.	N[illegible], neq; [illegible], neq; mentib. neq; itẽ operib',	
Ἀλλὰ καὶ * ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον·	Sed [illegible] volo reddere si hoc est melius:	γρ. ὣς
h Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.	Volo ego populum saluum esse, potiùs quàm perire.	
Αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίχ' ἑτοιμάσατ', ὄφρα μὴ οἶος	Sed mihi [illegible] statim præparate, vt non solus	
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω, ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε.	[illegible] munere: nam neq; decet,	
*Λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ.	Videtis enim hoc omnes, qd' mihi præmiũ abit aliò,	γρ. λεύσσετε

COMMENTARIVS.

a οὔτ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς.] Apertè iam suam explicat sententiam Calchas, Achillis fretus ope, quam sibi ad securitatem anteà erat stipulatus, docetq; Agamemnonis iniustitiam & impietatem à Deo in populo vindicari, cuius iram placandi in Chryseidis restitutione positam rationem commonstrat.

b τοῖσι δ' ἀνέστη] Audito Calchãte, quid Agamemnon fecerit, his verbis prodidit historia: Tum, inquit, Agamemnon cõtestans, quod mox accidit, concilio tacitus egressus, cunctos, quos secum habuit, in armis esse iubet. Id vbi Achilles animaduertit, commotus rei indignatione, simul perniciε defessi exercitus anxius defunctorum corpora miserandum in modum confecta, vndiq; in cõuentu ante ora omniũ proijci fecit. Quo spectaculo adeò cõmoti reges, gẽtesq; omnes vti aduersus Agamemnonẽ à cũctis pergeretur, duce atq; authore Achille: & si perstaret suadere, exilio vindicandum. Quæ vbi Regi nunciata sunt, pertinaci animo ab amore captiuæ nullo modo seiungi apparatus experiri, nihil de sententia remittendum destinauerat. &c. Ista verò Homerus exactiùs videtur persequi, cùm in Agamemnonis & Achillis priuatis contentionibus immoratur, præcedente primùm increpatione, qua Rex Vatẽ excepit, quæ omnia historicus leuiter perstrinxit. In hoc vtriq; cõueniunt, quòd omnia Achille duce cõfecta fuisse scribãt.

c φρένες ἀμφιμέλαιναι] Relictis aliorum commentis præcordia nigra vndiq; in homine irato intelligo, atra bile perfusa, ex cuius feruore generatur ira. Sunt porrò in præcordijs maximè irascendi exordia, vt docet Plotin. Ennead. 4. lib. 4. c. 28.

d πυρὶ λαμπετόωντι] Vt scias, inquit Seneca dicto lib. de Ira, insanos esse quos ira possedit, ipsum illorum habitum intuere. Nam vt furentium certa indicia sunt, audax & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra & vehementius acta suspiria: ita irascentium eadem sunt signa. Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæstuante ab imis præcordijs sanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, &c. Illa porrò oculorum flagrantia ostendit, nihil aliud esse iram quàm meram vim igneam. Quod etiam testatur Aristot. Probl. sectione 8. quæst. 17. vbi quærit, Cur non rigent qui irascuntur? An quòd, inquit, ira & excandescentia timiditati sunt contraria. Est autem ira ex igne proficiscens. Cùm enim intus copiam ignis retinemus, concalescimus: quod maximè in puerili ætate perspicere licet. Pueri namq; primùm spiritus copiam retrahunt, deinde rubescunt: calor enim cùm intus affatim substatatq; humificat, facit vt erubescant. Nam si quis largè aquam frigidam his infuderit, iram sedabit: sic enim calor extinguitur, &c. Hæc ille.

e μάντι κακῶν] Quid per μάντιν κακῶν significet, explicat sequens versus αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι. Sic autem Calchantem Agamemnon appellat, non tam propter præsens vaticinium, quàm propter præcedẽtia, quale fuit illud de immolanda Iphigenia: de decennio quod duratura erat Troiæ obsidio: quæ vt mala essent, tamen vera erant, neq; ideò malus vates Calchas.

f οὕνεκ' ἐγὼ κούρης] Cùm tria reprehendisset Calchas in Agamemnone, quòd sacerdotẽ non honorasset, quòd filiam nõ dimisisset, quòd dona non recepisset, astutia Oratorum, qui grauiora argumenta intacta prætermittunt, ad duo posteriora solùm respondet: Non dimisi, inquit, Chryseidem, quia eam malo domi apud me habere, aut si ea est dimittenda, præparate mihi aliud donum. An enim me munere destitutum solum inter Græcos iustum est?

g οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν,] Vniuersam mulieris virtutem ingeniosè vnius versus ambitu est complexus. Per δέμας formam corporis intelligimus, id est τὴν τοῦ σώματος εὐσωματίαν, ob quam Orestes Electram apud Euripidem laudat, ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη τὸ σῶμα δ᾽ ἐν γυναιξὶ θηλείαις πρέπον. Hoc intellexit Bion in Bucol cùm dicit, μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ᾽ ἀλκά. Per φυὴν generosam indolem animi & liberalem, quæ est velut formæ anima, sine qua tota illa externa species languet & flaccescit, interpretamur. Per φρένας non partem illam corporis, sed prudentiam. Per ἔργα non otiosam, sed administrandæ rei familiaris studiosam fœminam significat, quam ex ape genitam fingunt eleganter Phocylides & Simonides apud Stobæum serm 71.

h βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν] Post Calchantis vaticinium historia memorat fuisse Græcis in animo, Achillem regem omnium confirmare, cuius in aduersis Græcorum casibus præcipua solicitudo videbatur Quibus subnectit, Sed Agamemnon anxius, ne decus regium amitteret, in concilio verba facit, sibi maximè cordi esse exercitus incolumitatem: neque vlterius differre, quin Astynome parenti remitteretur, maximè si restitutione eius instantem perniciem subterfugerent. Nec quicquam deprecari amplius, modò in locum eius Hippodamiam, quæ cum Achille degeret, vicarium munus amissi honoris acciperet, &c. Homerus tamen dicit, Agamemnonem generaliter aliud donum pro restituenda Chryseide sibi postulare, quod tolerabilius est, quàm si statim primo impetu Achillem sua præda spoliare voluisset, vt ait Historicus, & tamen illud verisimile est, quòd Agamemnon Achilli maximè esset infestus, cuius suasu totum hoc negotium administrabatur. In illis autem verbis, βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, exemplum est regij in populum studij & amoris, cuius incolumitati regem velificari maximè decet.

i ὄφρα μὴ οἶος] Iusta videtur Agamemnonis postulatio, vt illi vicarium aliud munus à Græcis concedatur, sed tamen illud ipsi denegari non erat iniustum, quòd ipsum hoc incommodi subire par erat, cuius impietas tantum detrimenti vniuersis attulisset. Itaque Homerus non fingit hoc à Græcis concessum, quia vi eum Briseida eripere ab Achille oportuit.

Τὸν δ᾽ ἠμείβετ᾽ ἔπειτα ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·	*Huic a. respōdit postea pedib. præstās diuus Achil-*
[a] Ἀτρείδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων,	*Atride ambitiosissime, auarissime omnium, (les:*
Πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;	*Quomodo n. tibi dabūt præmiū magnanimi Achiui?*
[b] Οὐδέ τί που ἴδμεν ξυνήϊα κείμενα πολλά.	*Neq; item adhuc scimus communia reposita mult a.*
Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται,	*Sed quæ quidem ex vrbib. deprædati sumus, ea diuisa*
[c] Λαοὺς δ᾽ οὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ᾽ ἐπαγείρειν.	*Populos aūt nō decet recollecta hæc cōgregare. (sūt:*
Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν τήνδε θεῷ πρόες· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ	*Sed tu quidem nunc hanc deo permitte: at Achiui*
Τριπλῇ τετραπλῇ τ᾽ ἀποτίσομεν, αἴ κέ ποθι Ζεὺς	*Tripliciter quadrupliciterq; cōpēsabim⁹, si quādo Iu-*
Δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.	*Det vrbem Troiam bene muratā debellare. (piter*
Τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων,	*Huic autem respondens dixit rex Agamemnon:*
Μὴ δ᾽ οὕτως, ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ᾽ Ἀχιλλεῦ,	*Neq; sic, quamuis sis fortis, deo similis Achilles,*
[d] Κλέπτε νόῳ· ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις.	*Falle mēte, quoniā nō pteribis, neq; mihi psuadebis.*
Ἦ ἐθέλεις ὄφρ᾽ αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἔμ᾽ αὔτως	*Nunquid vis vt ipse habeas præmiū, sed me in vanū*
Ἧσθαι δευόμενον; κέλεαι δέ με τήνδ᾽ ἀποδοῦναι;	*Sedere indigentem, iubes autem me hanc reddere?*
[f] Ἀλλ᾽ εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί,	*Sed si quidē dabunt præmium magnanimi Achiui,*
Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται.	*Accōmodātes secūdū animū meū vt æquè dignū sit.*
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.	*Si autem non dederint, ego certè ipse accipiam*
[g] Ἢ τεὸν ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος	*Vel tuum, vel Aiacis veniens præmium, vel Vlyssis*
[h] Ἄξω ἑλών· ὁ δέ κεν κεχολώσεται ὅν κεν ἵκωμαι.	*Abducā accipiēs: ille autem irascetur ad quem ibo.*
Ἀλλ᾽ ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις·	*Sed certè quidē de his pòst consultabimus etiā aliàs:*
Νῦν δ᾽ ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν.	*Nunc aūt agè nauē nigrā deducamus in mare diuū.*
Ἐς δ᾽ ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν, ἐς δ᾽ ἑκατόμβην	*Intus a. remiges idoneè cōgregemus, int⁹ aūt hecatō-*
Θείομεν, ἂν δ᾽ αὐτὴν Χρυσηΐδα καλλιπάρηον	*Ponamus, ipsam. v. Chriseida pulchrā genas (ben*
Βήσομεν· εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω,	*Ascēdere faciamus. vnus aūt aliquis pfectus vir cō-*
Ἢ Αἴας, ἢ Ἰδομενεὺς, ἢ δῖος Ὀδυσσεύς·	*Vel Aiax, vel Idomeneus, vel diu⁹ Vlysses (siliarius*
[i] Ἠὲ σὺ Πηλείδη, πάντων ἐκπαγλότατ᾽ ἀνδρῶν,	*Vel tu Pelide omnium terribilissime virorum,*
Ὄφρ᾽ ἡμῖν ἑκάεργον ἱλάσσεαι ἱερὰ ῥέξας.	*Vt nobis longè iaculantem places sacra faciens.*

COMMENTARIVS.

a Ἀτρείδη κύδιστε,] Diuersum hoc rursus est ab historia: tradit enim, conniuente Achille Agamemnonem habuisse Briseida. Tantus amor erga exercitum curaq; animo egregij adolescentis insederat. Quod tamen poterit infrà accommodari, cùm Homerus dicet, Achillem Agamemnonis præconibus Briseidam petentibus non restitisse.

b οὐδέ τί που ἴδμεν] Non posse dari munus alterum Agamemnoni Achilles, duobus modis probat. Primùm enim nulla est impræsentiarum præda indistributa cuius tu partem tibi vendicare possis. Secundò ex præterita nihil tibi concedi potest quod non liceat eam sub sortem reuocare. Quid ergo? superest vt speres post excidium Troiæ in triplum aut quadruplum iacturam istam compensatam iri, quod tibi omnes Græci sanctissimè pollicentur.

c λαοὺς δ᾽ οὐκ ἐπέοικε] Quid rationis hoc Achillis dictum complectitur? quia nimirum semel vnicuique distributa totius populi & Regum consensu non poterant rectè sine tumultu aut summa iniquitate repeti, vt in vnum cogerentur, dubium sortis iudicium denuò subitura, quod Pind. ἄμπαλον vocat. Sic enim futurum erat, vt quod vni prius obtigisset, deteriori postea cuipiam cederet.

d κλέπτε νόῳ] Loquendi genus satis concisum Sensus est: Noli, inquit Agamemnon ad Achillem, tantam fraudem mente tua tegere, qua me circumueniri à te video. Eam autem tegere Achillem existimat, quod oratione quidem ipsa videatur [illegible] Regis commodo consulere ex compensationis pollicitatione præcedenti, reipsa verò mera sit fallacia, quæ ipsi ab Ach[illegible] struitur vt eum sua spoliet prædæ parte, cùm ipsi tamen sua semper illæsa & integra remaneat. Quod ergo Achilles in boni publici gratiam moliebatur, in sui fraudem agitari suspicatus est Agamemnon Cùm itaque tria sint quibus de voluntate nostra solemus deturbari, Persuasio Fraus & Imperium, hæc se ab Achille passurum non esse idem ostendit.

e παρελεύσεαι] Habet hoc quiddam σκωπτικόν, quasi dicat, Quamuis pedum celeritate, quæ tibi maximè tribuitur, sis me prætercursurus at dolis & fraudibus non me itidem anteuertes.

f ἀλλ᾽ εἰ μὲν δώσουσιν] Imperfecta est oratio hominis irati & præcipitis indicium Subaudiendum enim τὸ ἡσυχάζω, vel ἀποδώσω. Figura vocatur ἀποσιώπησις, qualis est apud Aristophanem: ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἀπέφηνα πάντων αἴτιον ἐμὲ εἰ δὲ μὴ τούτῳ ... [illegible]

g ἔπον ἢ Αἴαντος] Addit minas in Aiacem & Vlyssem ad maiorem Achillis dolorem. Aegrè laturus enim fuerat Achilles, si hi duo illius amicissimi eandem iniuriam paterentur. Istorum autem trium heroum amicitia quanta sit, apparebit infrà libro nono Iliados.

h ἄξω ἑλών] Optimè iudicauit Longinus, versum hunc adulterinum esse & superuacaneum. Etenim cùm præcesserit illa, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι, quid interest repetere ἄξω ἑλών?

i ἢ σὺ Πηλείδη] Antea in comminationibus priore illum loco posuerat, nunc verò vbi de honore agitur, postremo, quod sanè non sine indignatione factum est.

Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς,
Ὤ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλεόφρον,
Πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεσιν πείθηται Ἀχαιῶν,
a Ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι;
b Οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἕνεκ' ἤλυθον αἰχμητάων
Δεῦρο μαχησόμενος· ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν.
Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους,
c Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
Καρπὸν ἐδηλήσαντ'· ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ
Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα·
Ἀλλὰ σοὶ ὦ μέγ' ἀναιδὲς ἅμ' ἑσπόμεθ' ὄφρα σὺ χαίρῃς,
Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ, σοί τε κυνῶπα,
Πρὸς Τρώων, τῶν οὔτι μετατρέπῃ, οὐδ' ἀλεγίζεις·
Καὶ δή μοι γέρας αὐτὸς ἀφαιρήσεσθαι ἀπειλεῖς,
d Ὧι ἔπι πόλλ' ἐμόγησα, δόσαν δέ μοι υἷες Ἀχαιῶν.
Οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.
e Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο
Χεῖρες ἐμαὶ διέπουσ'· ἀτὰρ ἤν ποτε δασμὸς ἵκηται,
Σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε
Ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας, ἐπὴν κεκάμω πολεμίζων.
f Νῦν δ' εἶμι Φθίην δ', ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστιν
Οἴκαδ' ἴμεν σὺν νηυσὶ κορωνίσιν, οὐδέ σ' ὀΐω
Ἐνθάδ' ἄτιμος ἐὼν, ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν.

Hunc autem torue intuens allocutus est pedes velox Achilles,
Heu impudētia indute, vulpina mēte pdite
Quomodo aliqs tibi prōpt⁹ obediēs verbo erit Achiuorū,
Vel vt ad insidias eat, vel aduers⁹ viros fortiter pugnet?
Nō.n.ego Troianorū gratia veni hastatorū
Huc pugnaturus: cū nulla in re ipsos incusare possim.
Non.n.vnquam meas boues abegerunt, neq; equos,
Neq; vnquam in Phthia glebosa, populosa,
Fructum læserunt: quoniam valde multi
Montesq; vmbrosi intermedij sunt, mareq; resonās.
Sed te, ó valde impudēs, cōsequimur, vt tu gaudeas,
Honorē cōseruātes Menelao, tibiq; canino vir vultu,
A Troianis, quos neq; reuereris, neq; curas,
Et iam mihi præmiū ipse auferre minaris,
Sup quo multū laboraui: dederunt .n. mihi filij Achiuorum,
Nō eqdē tibi vnq; æquale habeo pmiū, quādo Achiui
Troianorum deprædabuntur bene habitatā vrbem.
Sed quidem maiorem partem impetuosi belli
Manus meæ gubernant, sed si quādo diuisio venerit,
Tibi præmiū multò maius, ego paruumq; dilectumq;
Habens venio ad naues, postquam laboraui bellans.
Nunc autē vado Phthiam, quoniā multò melius est
Domum ire cum nauibus rostratis: neq; te puto
Hîc inhonorat⁹ cū sim, diuitias & opes exhausturū.

COMMENTARIVS.

a ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι] Duplex belli gerendi forma agnosci ab Homero videtur, primùm insidijs. quod appellat ὁδὸν ἐλθεῖν: secundò aperto campo, quod est ἶφι μάχεσθαι. In hac autem Achillis oratione iracundi hominis status satis exprimitur, docemurque, eum qui se impetui & furori iræ concesserit, effrænem ore fieri, sine superiorum reuerentia, quam idcircò Regi Achilles non præstat, iniuriosas in eum contumelias effutiens, his verbis, ὤ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλεόφρον. & paulò pòst κυνῶπα appellat, cùm eum verbis alioqui non lacessisset contumeliosis Agamemnon solo vocabulo ἐκπαγλότατε vsus, pro quo longè acerbiora Achilles rependit. Agamemnon itaque ea in re modestior fuit, siquidem neque post amarulentam istam Achillis orationem vllum ei contumeliosum verbum exciderit Sic in ista μιμητικῇ διηγήσει, vt appellat Plato, videndum est cautè quid sequamur, quid fugiamus, ne nobis loquentium authoritas ipsa honestatis lege sit antiquior.

b οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων] Tota Achillis oratio eò redit. Non esse iustum eum, qui non sui, sed ipsius ducis causa bellum gerit, ab ipso duce rebus suis bello partis spolietur, cùm præcipuè eorum pars iusta iam ad ducem peruenerit. Etenim ea ratione fit, vt cùm ipse magis proprijs quàm militum commodis studeat, imò cum ipsorum militum dispendio faciat, compendium eorum animos à se alienet, vt de Achille contingit.

c οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ] Vt doceat Achilles, se Agamemnonis gratia hoc bellum confecisse, ostendit. nihil se iniuriarum à Troianis accepisse, quod eum ad arma impulerit: neque enim, inquit, patrium meum solum deprædati sunt. cùm tanta montium & maris intercapedine vtrique ad inuicem disiungamur: hanc solam belli causam remouere contentus, cùm tamen aliæ possint esse, sed ista omnium videatur inter mortales iustissima. Et sanè videtur mihi subobscurè causam istius belli, quod ante Troiam gerunt Græci, vellicare, quasi vnius mulieris causa turpe sit tot millia hominum interire, cùm in patriæ propugnatione honestissimum sit, atque adeò laude dignum.

d ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα] Duo sunt, cur prædam bellicam sibi eripi Achilles doleat: primùm quòd in ea acquirenda multum desudarit: atqui iustum est, ea in illius cedere potestatem, quæ ab ipso labore proprio parta sunt: deinde quòd illa totius populi consensu & donatione ipsi obtigisset (solebant enim prædæ bellicæ in commune afferri, deinde viritim distribui) quod ex superioribus stabilitur, cùm idem Achilles dixit generaliùs, λαοὺς δ' οὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ' ἐπαγείρειν.

e ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον] Geometricam proportionem appellat Philosophus, cùm pro dignitate omnia distribuuntur: quò pertinet illud Homeri alibi, ὃς μέγιστός τ' ἐστί, μεγίστης τ' ἔμμορε τιμῆς. & querela illa apud Euripidem in Hecuba,

ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις
Ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
Μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.

Quod non obseruari inter homines Menander cùm videret, coactus est dicere:

Ὄνον γενέσθαι κρεῖττον, ἢ τοὺς χείρονας
Ὁρᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

Iam tamen symmetriam inter Græcos seruari in prædæ distributione hoc loco Achilles conqueritur, quasi sibi, cui totum penè belli negotium incumbit, non minus quam otioso Agamemnoni tribuendum sit. Arithmeticam ergo proportionem vsurpari mallet, vt ostendunt illa, οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, &c. Tamen hæc fuit semper inter veteres consuetudo, vt Regibus quædam ἀπόθετα καὶ ἐξαίρετον distribuerentur, quod γέρας appellabant. Illud Herodotus Spartanis Regibus scribit tribui solitum in conuiuijs, quod ad duplam vsque partem extendebatur. Sic ille in Erato: μὴ ἐλθοῦσι δὲ τοῖσι βασιλεῦσι ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀποπέμπεσθαί σφι ἐς τὰ οἰκία ἀλφίτων τε δύο χοίνικας ἑκατέρῳ καὶ οἴνου κοτύλην. παρεοῦσι δὲ διπλήσια πάντα δίδοσθαι. Quod ab Eustathio nostro inconditè & mutilatè dictum est, non expressa γέρατος ipsius circumstantia: nam locus alioqui non est valde in hanc rem accommodatus, cùm nos hic περὶ πολεμικῶν γερῶν loquamur. Dabatur itaque Regibus & Ducibus seorsim selecta aliqua prædæ portio, cuius

cuius etiam absentes & otiosi, qui bello, in quo illa fuerat comparata, non interfuerant, fiebant participes, vt legimus apud Dictym lib. 2. Mittitur etiam, inquit, Philoctetæ Lemnum portio eius prædæ, quam Græci per Aiacem atque Achillem aduectam inter se viritim distribuerant.

f νῦν δ' εἶμι Φθίηνδ'.] Historia non dicit, Achillem profectionem in patriam cogitasse, sed tantùm memorem iniuriæ supradictæ abstinendum publico concilio decreuisse, odio maximè Agamemnonis. Quin & paulò pòst scribit, Achillem Græcis insidiatum, sed & venientes ad se duces aditu prohibebat, neque cuiquam eorum ignoscebat, qui se aduersus Agamemnonis contumelias, quum defendere liceret, deseruissent, &c.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
a Φεῦγε μάλ', εἴ τοι θυμὸς ἐπέσσυται· οὐδέ σ' ἔγωγε
Λίσσομαι εἵνεκ' ἐμεῖο μένειν· παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,
b Οἵ κέ με τιμήσουσι· μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.
Ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι διοτρεφέων βασιλήων.
c Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε.
d Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, θεός που σοὶ τό γ' ἔδωκεν.
Οἴκαδ' ἰὼν σὺν νηυσί τε σῇς καὶ σοῖς ἑτάροισι,
Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε· σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω,
Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος· ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε,
Ὡς ἔμ' ἀφαιρεῖται Χρυσηΐδα Φοῖβος Ἀπόλλων.
Τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ, καὶ ἐμοῖς ἑτάροισι
Πέμψω· ἐγὼ δέ κ' ἄγω e Βρισηΐδα καλλιπάρῃον
f Αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε τὸ σὸν γέρας. ὄφρ' εὖ εἰδῇς
Ὅσσον φέρτερός εἰμι σέθεν, στυγέῃ δὲ καὶ ἄλλος
Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, καὶ ὁμοιωθήμεναι ἄντην.

Huic aũt respõdit posteà rex virorũ Agamemnõ,
Fuge sanè, si tibi animo sedet: neq; te ego
Rogo gratia mei manere: apud me & alij erunt,
Qui me honorabunt: maximè aũt prudens Iupiter.
Inimicissimus aũt mihi es regũ à Ioue nutritorum:
Semper enim tibi cõtentioq; grata, bellaq;, pugnæq;.
Si valde fortis es, Deus certè tibi hoc dedit.
Domum.v. vadens cum nauibusq; tuis, & tuis socijs,
Myrmidonibus impera, te autem ego non curo,
Neq; magnifacio irascentem: minabor autẽ tibi sic,
Quoniam à me aufert Chryseida Phœbus Apollo.
Hanc quidem ego cum nauiq; mea, & meis socijs
Mittam: ego quoq; abducã Briseida pulchrã genas,
Ipse veniens ad tentoriũ, tuũ præmiũ, vt bene scias
Quanto melior sim te: timeat autem & alius
Aequalem se mihi dicere, & assimilari contra.

COMMENTARIVS.

a Φεῦγε μάλ' εἴ τοι] Respondet Agamemnon ferè ad singula orationis Achillis capita, non tamen ordine, sed nouissima illius verba arripit, cumq; Achilles se Phthiam profecturum dixisset, respondet Agamemnon, φεῦγε μάλα: fugam interpretans herois discessum quod satis acerbè factum est. Dixerat Achilles, ἀλλά σοι ὦ μέγ' ἀναιδὲς ἅμ' ἑσπόμεθα, &c. respondet Agamemnon οὐδέ σ' ἔγωγε λίσσομαι εἵνεκ' ἐμεῖο μένειν, quibus verbis præcedentia exasperauit, quasi dicat Achillem in castris inutilem, ideoque nihili interesse, vtrum discedat aut remaneat, quod tamen falsum posteà idem comperit.

b οἵ κέ με τιμήσουσι] Opponitur ei quod Achilles dixerat, τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ, σοί τε κυνῶπα, Πρὸς Τρώων. Addit autem μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς, qua voce nihil potest sanctius dici. Reges enim decet maximè in Dei auxilio spẽ collocare potiùs quàm in hominibus, quod expresse præstare se docet Agamemnon: quasi dicat, Etiam si tu abieris, Achilles, sunt mihi tamen alij præterea heroes, qui mei honoris & gloriæ studium amplectentur, quod tamen tanti non facio, vt in illorum opera penitùs conquiescam. Etenim totum me in Iouis custodiam dedo, qui meas partes nunquam deserturus est. Pia, vt dixi, principis vox, quam Christianos reges non agnoscere, aut reipsa contemnere quantum est, quæso, piaculum? Frustrà enim bella gerunt, nisi Deus opem ferat: &, vt ait Pindarus, εἰ μὴ θεὸς ἁγεμὼν ἔσσεται κυβερνατὴρ γίνηται. αὐτὸς γὰρ πάντων, vt Solon dicebat, βασιλεύς καὶ κοίρανός ἐστιν Ἀθανάτων τε, ᾧ δ' οὔτις ἐρίζει κράτος ἄλλος.

c αἰεὶ γάρ τοι ἔρις] Quod Achilles sibi laudi ducebat, quòd totam belli prouinciam penè vnus sustineret, id vitio illi vertit Agamemnon, quia φίλερις & φιλοπόλεμος sit.

d εἰ μάλα καρτερός ἐσσι] Fastum, quem ob suam fortitudinem Achilles contrahebat, deprimit: quasi dicat, Non me latet, Achilles, magna te præditum esse fortitudine, sed ob eam te gloriari aut superbire non decet, cùm à Deo hoc donum acceperis. Turpe est autem, ea quæ aliunde habemus, pro nostris iactare. Quo sermone nihil est, nedum excogitari potest, quod pium hominem magis sapiat. Ne relinquamus autem inobseruatum, Deum vnum apud Homerum exprimi, bonorum largitorem. His enim argumentis viri quidam sanctissimi gentes olim conuincebant, vt & Iustinus Martyr ex Orpheo, Sibylla, Solone, Sophocle nominatim probabat, nec non ex Homeri loco illo, qui est Iliad. ι sub Phœnicis persona ad Achillem, ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι Λείπεσθ' οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα. Ipso enim nomine, inquit, ipsum Deum verè existentem expressit. Verùm huic quoq; bono contrarium malum opere ipso declarare constituit, quando ex Deorum multitudine bella, lites, seditiones, alternas insidias enarrauit. Quippe monarchiam ipsam inexpugnabilem esse contingit, &c. Sic excusari nullo modo possunt Ethnici, vt quos vnius Dei existentia non latuerit, ideò & ipsi proprijs & domesticis peribunt testimonijs. Quicquid autem sani aut veri vnquam ea de re aut simili Homerus protulit, ab Aegyptijs desumpsit, quod illi cum Orpheo, Solone, Pythagora, Platone & alijs commune est, quos in Aegypto fuisse, ac ab historia Moysis eruditos, vt illis ipsis contraria definierint, quæ prius amplexati fuerant, memorat idem Iustinus.

e Βρισηΐδα] Ex locis, quos suprà ex Dicty Cretensi adduximus, constat, hanc Briseidem ficto nomine sic appellatam à Poëta, vt & antea Chryseidem Illa est Astynome, hæc verò Hippodamia. Cæterùm Protesilaus apud Philostratum in Heroicis negat Agamemnonem & Achillem Briseidis gratia contendisse, sed propter Palamedem, quem Agamemnon è viuis tolli iusserat Vlyssis fraude, vnde etiam Vlyssem sic mari agitatum à Neptuno idem dicit.

f αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε] Postea tamen consilium mutauit, quia per præcones ex Achillis tentorio Briseidem ad se adduci iussit, reueritus forsan ipsius Achillis graues minas, quæ sequenti illius oratione continentur.

Ὣς φάτο· Πηλεΐωνι δ' ἄχος γένετ', ἐν δέ οἱ ἦτορ
a Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν
Ἢ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι,
Ἦε χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν.
Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος· ἦλθε δ' Ἀθήνη

Sic dixit: Pelidæ aũt dolor fact⁹ est: intus aũt ipsi cor
In pectoribus hirsutis in ancipitem partẽ cogitauit:
An ipsemet ensem acutum extrahens à coxa.
Hos quidẽ dimoueret, ipse aũt Atridẽ interficeret:
An iram sedaret, compesceretq; animum.
Interea dum hæc agitaret per mẽtem & per animũ,
Traxit autẽ è vagina magnum ensem, venit Pallas

οὐρανόθεν· πρὸ γὰρ ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε, κηδομένη τε·
στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλεΐωνα,
οἴῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις * ὁρᾶτο.
θάμβησεν δ' Ἀχιλεύς, μετὰ δ' ἐτράπετ'· [c] αὐτίκα δ' ἔγνω
Παλλάδ' Ἀθηναίην, δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν·
καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Τίπτ' αὖτ' αἰγιόχοιο Διὸς τέκος εἰλήλουθας;
ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο;
ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τὸ δὲ καὶ τελέεσθαι ὀΐω,
ᾗς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν * ὀλέσσῃ.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
ἦλθον ἐγὼ παύσουσα * τεὸν μένος, [d] αἴ κε πίθηαι,
οὐρανόθεν· πρὸ δέ μ' ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε, κηδομένη τε.
ἀλλ' ἄγε λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί.
[e] ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, ὡς ἔσεταί περ.
ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται.
[f] καί ποτέ τοι τρὶς τόσσα παρέσσεται ἀγλαὰ δῶρα,
ὕβριος εἵνεκα τῆσδε. σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο δ' ἡμῖν.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς,
χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεὰ ἔπος εἰρύσασθαι,
καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον. [g] ὣς γὰρ ἄμεινον.
[h] ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.
Ἦ, καὶ ἐπ' ἀργυρέῃ κώπῃ σχέθε χεῖρα βαρεῖαν·
ἂψ δ' ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε
μύθῳ Ἀθηναίης· ἡ δ' Οὔλυμπόνδε βεβήκει,
δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διός, μετὰ δαίμονας ἄλλους.

Cælitus: præmiserat enim dea alba vlnas Iuno,
Ambos simul ex animo amansq; curansq;.
Stetit aūt retrò, & per flauam comā cepit Pelidem,
Soli apparens, aliorum verò nullus videbat.
Expauit aūt Achil. retrò aūt cōuersus; statī cognouit γρ. ἔγνω.
Palladē Atheniensem. terribiles aūt ei oculi lucebāt:
Et ipsam vocans, verba alata alloqutus est.
Cur huc Aegiochi Iouis filia venisti?
An vt proteruiā videas Agamemnonis Atridæ?
Sed tibi edico, hoc autem & perfectum iri puto,
Suis superbijs citò tandem animum perdet. γρ. ὀλέσσῃ.
Hūc rursus allocuta est dea cæsijs oculis Minerua:
Veni ego sedatura tuam iram, si modò persuadearis, γρ. τὸ σὸν μ.
Cælitus, præmisit autem me Dea alba vlnas Iuno,
Ambos simul ex animo diligens curansq;.
Sed age quiesce à cōtētione, neq; ensem trahe manu:
Sed certè verbis quidem conuitiator, sicut erit.
Sic enim edico, hoc & perfectum erit.
Et aliquando tibi ter tot aderunt splendida dona
Iniuriæ causa hui⁹. tu aūt cohibe te, obtēpa aūt nobis.
Huic aūt mutua oratione respōdit pedes velox A-
Oportet quidē vestrū dea verbū custodire, (chilles
Quantumuis sim ex animo iratus. sic enim melius
Quisquis dijs obtēperauerit, magis exaudiūt ipsum.
Dixit, et in argēteo manubrio tenebat manū grauē,
Rursus aūt in vagina impulit magnū ensē, neq; fuit
Verbo Mineruæ. hæc aūt cælum ascēdit (inobediēs
In domos Aegidā tenentis Iouis, ad dæmonas alios.

COMMENTARIVS.

a στήθεσσι λασίοισι] Pectora hirsuta pro animosis ponit, vel quòd reuerà hirsuta essent, qualia sunt in illis, qui calidioris sunt temperamenti, in quibus densitas illa pilorum vltra spithamam videtur. Vel intelligit τὰ σπλάγχνα per Metalepsim dictionis. Λάσιον enim τὸ πυκνόν, quod est τὸ φρόνιμον, vt etiam intelligi vult Adrianus Iunius in comm. de Coma. Vnde dicitur cor λάσιον βουλεύματα reddere, id est, πυκνά, i. e. vt est apud Aeschylum, κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. Quæ interpretatio sana quidem est, & extra omnem aleam: sed quia prima quoque tolerari potest, & tamen multis absurda videbatur, qui possit illa confirmari videamus, vel etiam ἐκ παρέργου. Periti ergo rerum naturalium negant cor vllo modo hirsutum posse dici, cùm, vt dicebat vir quidam doctissimus, neque ab ipso, neque à tunica ipsum ambiente prodeant pili, licet internè villos habeat, qui Aristoteli ita imposuerunt, vt neruos à corde oriri fœdo errore scripterit. Quod verò Poëtæ & vulgus imperitum hoc sibi vendicent, vt cor hirsutum magna libertate vocent, pectus opinabatur intelligere, quod insolentis roboris argumentum est, si hirsutum videtur, quod ab insigni cordis calore fieri, in Arte medendi Galenus scriptum reliquit. Cor itaque calidum, inquiebat, audaciam & singulare corporis robur homini præstat, & setas è corpore propellit. Vnde fit, vt pro setoso thorace cor hirsutum liberiùs quàm veriùs dicant. Et hæc ille, cui repugnatur ipsa historia. Quis enim nescit, Hermogenem, cuius extant libri de Rhetorica cor habuisse hirsutissimum, vt refert ex Græcis Cælius lib. 4. cap. 16? Talem quoque Leonidam Plutarchus prodidit: idem de Aristomene Messenio Plinius lib. 11 cap. 37. scripsit quod etiam Dio Prussæus Orat. 35. obseruatum reliquit. Nonnus lib. 26. Dionys. [Greek quotation] Idem de cane Lysandri & Alexandri memorat Eustathius. Addam ex recentioribus testimonium Mureti in Var. lect. qui se talem quondam latronem vidisse Romæ testatur, qui cùm à carnifice dissecaretur, corde admodum piloso repertus est. Iam ipsa experientia in rebus humanis sola opinione antiquior mihi videtur existimanda. Porrò cor hirsutum apud Poëtam nostrum Socrates apud Platonem in Theæteto enarrat, vnde tertiam quandam interpretationem possis elicere, vt illi hirsuto dicantur corde, quorum solent esse obscuræ & obtusæ cogitationes, quales solent quoque esse in homine irato.

b διάνδιχα μερμήριξεν] Certamen istud in Achille fuit Rationis & partis irascibilis. Illa iræ moderationem suadebat: hæc ad vindictam stimulabat. Exitus quoque certaminis duplex fuit. Nam ab Ira primùm Ratio superata est: deinde à Ratione Ira. Rationem enim per Mineruam liceat allegoricè interpretari. Hoc postremum nobis imitandum est, alterum verò fugiendum. Etenim ijs proximus ille est, quem ratio, non ira mouet, inquit ille. Quod tamen moderatè intelligendum est: nam ira aliquando rationi non aduersatur, vt quæ iusta est: ἔχει τὸ δίκαιον γὰρ μέγ' ἰσχύν φρονεῖν, ait Sophocles. Hincque illud Sosiphanis: [Greek quotation] Et sanè, Mutat se bonitas cùm irrites iniuria, inquit Publius. Non desunt tamen qui hoc πάθος ex hominum pectoribus euelli iubeant. Sed non existimo frustrà à natura insitam hanc irascendi facultatem, cuius moderatus potest esse vsus. Quin & Stoicam illam ἀπάθειαν, ἀοργησίαν, & animi lentitudinem, vt appellat Tullius, sacræ etiam paginæ penitùs explodunt, in quibus hoc etiam reperias, ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.

c αὐτίκα δ' ἔγνω] Achilles visam Mineruam, agnoscit, sed & Diomedes in K Iliad. ξυνέηκε θεᾶς ὄπα φωνησάσης. & Vlysses apud Sophoclem, ὦ φθέγμ' Ἀθάνας φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενὶ χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς. Quanquam autem allegorias Homericas in alium locum distulerim, non pigebit monere à veteribus existimatum Mineruam istam, Achillis fuisse dæmonem priuatum, vt de se Socrates ipse apud Platonem in Theage loquitur. Vide Aelianum Var. histor. lib. 7. cap. 1. Quod an esse potuerit, valde non hæreo: an fuerit, non ausim affirmare. Siquidem societatem dæmoniorum tam bonorum quàm malorum multa probant exempla tam veterum quàm neotericorum. (Vide Mirand. de Prænot. lib. 4. 6 præter Iamblichum, Porphyrium, Psellum, Plutarchum, & alios suis locis.) At quæ fieri possunt, non tamen idcirco semper sunt, & hæc cautè & piè exagitanda sunt.

d αἴ κε πίθηαι] Ostendit Poëta, in nostra situm esse potestate, iram moderari vel non, & omninò τὸ καλὸν voluntarium esse non coactum, quod tamen philosophicè dictum volo, & ex doctrina Aristotelis lib. 3. Ethic. ad Nicom. vbi statuit, principia actionum in nobis esse, ac proinde ipsas actiones in electione & consultatione.

c ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον] Minerua medicos imitari videtur, qui vini vsum febricitanti prohibentes, aquam tamen propinan aut eum qui non, vt Lycurgus ille insanus ideo meritò existimandus, vites omnino exsciderit, sed Lyæum mari mers rit, vt hab mythologia. Sic enim Minerua non penitùs ab ira abstinere Achillem iubet, sed ex duobus malis minus illi concedit. Cùm eni duo sint contendendi genera, alterum verbis, alterum vi (quod expressit Euripides his verbis: δισσοὶ κασιγνήτοισι γίγνεσθ' λόγοι Μάχας θ' ὅταν ποτ' ἐμπίπτωσιν εἰς ἔριν & Ouidius: *Tutius est igitur fictis contendere verbis, Quàm pugnare manu*) & hoc belluinum po tius sit, verbis eum cum Agamemnone contendere patitur, quod magis à belluina illa feritate recedit, antequam ipse ferro sese v ciscatur. Sanè iniuriosis & iniquis regibus sic primùm verbis resisti interdum posse opinor, id tamen modestiùs longè faciendu quàm Achilles exemplo suo doceat. Grauiter enim & οὐ κατ' αἶσαν Agamemnoni conuitiatur, cùm nos reuerentiam, quæ reipsa m ioribus exhiberi debet, verbis quoque præstandam esse existimemur.

f καί ποτέ τοι τρίς] Sic solet Numen suorum calamitates infinita (nam hìc τρὶς est numeri Synecdoche) compensatione resarcir quam vt largiatur, eos illis conflictari interdum sinit, vt suam liberalitatem in eos opportuno tempore explicet: quod etiam h loco non exprimit Minerua, quia dixit ποτέ. Differre enim interdum solet vt dicebat Orestes apud Euripidem. Quemadmodu ergo malos bonis cumulare solet Deus, vt eò grauiora sint illorum supplicia: sic è conuerso de pijs sentiendum est. Porrò de i dustria hoc dedecus Achilli infertur, vt eò maioribus & amplioribus imposterum à Græcis honoribus afficiatur.

g ὡς γὰρ ἄμεινον] Electio semper rei melioris fit, quæ ita per se sit, & eligenti talis videatur. Vtrumq; hoc loco in Achillem concu rit: iudicat enim, melius esse verbis quàm vi cum Agamemnone contendere, quod reuerà longè etiam melius erat.

h ὅς κε θεοῖς] Si θεῷ dixisset, vt duobus iam locis antea, non poterat magis piè loqui. Nihilominus pietas hoc versu satis comme datur, si quoquam alio, quod generalius quidam apud Suidam monet, εὐσέβει μὲν τὰ πρὸς θεόν. ὡς γ' ἄλλα πάντα δεύτερα ἡγεῖται τ τῆς ζωῆς. At Poëta noster speciem pietatis, quæ in Dei obsequio versatur, quod ille precum exauditione compensare assolet.

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις [a] ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν	*Pelides autem iterum contumeliosis verbis*
Ἀτρείδην προσέειπε, καὶ οὔπω λῆγε χόλοιο.	*Atridem alloquutus est, & nondū cessabat ab ir*
[b] Οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,	*Vino grauate, canis oculos habēs, cor verò cer*
[c] Οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι,	*Neq; vnquam in bellum vnà cum populo armari,*
Οὔτε λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν	*Neq; ad insidias ire cum primoribus Achiuorum*
(κ. τόδε τι.) Τέτληκας θυμῷ. * τὸ δέ τοι κὴρ εἴδεται εἶναι.	*Ausus es animo: hoc autem tibi mors videtur es*
Ἦ πολὺ λώιόν ἐστι κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν	*Certè multò melius est, per exercitū latū Achiuo*
[d] Δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι, ὅς τις σέθεν ἀντίον εἴπῃ·	*Dona auferre, qcunq; tibi cōtradixerit: (per*
[e] Δημοβόρος βασιλεύς, ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις.	*Populivorator Rex, quoniā nulliꝰ ptij hominib, i*
Ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο·	*Certè.n. Atrida, nūc postremā cōtumeliam facer*
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι,	*Sed tibi edico, atq; adeò magnum iuramentū iu*
[f] Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους	*Certè ꝑ hoc sceptrū, qđ qdē nunquā folia & ram*
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,	*Producet, postq̄ primū incisionē in montib. reliq*
Οὐδ' ἀναθηλήσει. (περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε	*Neq; pullulabit (circum.n. ipsi gladius decortica*
Φύλλα τε καὶ φλοιόν) νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν	*Foliaq; & corticem) nūc iterū ipsum filij Achiuo*
Ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας	*In manibus portāt iudices, quiq; leges (rament*
(κ. ὅδε τι.) Πρὸς Διὸς εἰρύαται. * ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.	*A Ioue acceptas ꝑtegūt: hoc aūt tibi erit magnū*
[g] Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν	*Certè aliquādo Achillis desideriū veniet filijs Ac*
Ξύμπαντας· τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι ἀχνύμενός περ	*Vniuersis: his aūt non poteris, doleas licet, (uo*
Χραισμεῖν, εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο	*Prodesse, quando multi ab Hectore homicida*
Θνήσκοντες πίπτωσι· σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις	*Morientes cadent: tu aūt intus animū lacera*
Χωόμενος, [h] ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας.	*Iratus, quando fortiss. Achiuorum non honora*

COMMENTARIVS.

a ἀταρτηροῖς ἐπέεσσι] In hoc μιμητικῷ scribendi genere non solùm videndum est quis loquatur (quod tamen summa eget obs uatione) sed etiā, vt ait Plutarchus, sicubi Poëta ipse contra ea quæ dicentur, indicium suæ improbationis edat, quod hoc loco nimaduertere est: in contumeliosam enim Achillis orationē præfatur ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν Ἀτρείδην προσέειπε. Quippe consentar est, nihil per iram & vehementiam rectè dici: quod alibi etiam factitat, vt ibi, αὐτίκα μειλίχιον καὶ σμερδαλέον φάτο μῦθον. &, τὸν δ' κ. ροῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς. Sic suprà narraturus, quomodo sacerdotem Agamemnon inhumaniter tractauerit, hæc præmi ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει hoc est, vt idem interpretatur, ἀγρίως καὶ αὐθαδῶς καὶ παρὰ τὸ προσῆκον. Si de factis ἦ ῥά. καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα Πρηνέα πὰρ λεχέεσσι Μενοιτιάδαο τανύσσας.

b οἰνοβαρές] Triplex iactatur ab Achille in Agamemnonem cōuitium. Primò ἀμέλειαν hominis, secundò ἀπιστίαν τὴν πρὸς τὸ κοι tertiò δειλίαν, quæ rei bellicæ ἀπειρίαν gignit, significari antiqui dicebant, ex quorum contrarijs Cononem Isocrates laudat Quod ad primum attinet, videmus etiam inter Græcos, quibus tamen egregiè potandi erat consuetudo: vnde præter infinita iusmodi exempla, Plautinum illud, *Dies noctesq; bibite, pergræcamini*, ebrietatem vitio versam, vt hoc loco Agamemnoni conti quem in eam procliuiorem fuisse, hinc & alijs etiam locis videtur constare. Illa autem, quàm magistratum (sub quo nomine R ges quoq; intelligi iubeo) dedeceat, docuit Plato 2. de Legib. vbi vetat μηδὲ ἄρχοντα τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, ὃν ἂν ἄρχῃ σοι· μηδ' αὖ κυβερ νήτας, μηδὲ δικαστάς, ἐνεργοὺς ὄντας, οἴνου γεύεσθαι τοπαράπαν. οὐδ' ὅστις βουλευόμενος εἰς βουλὴν ἀξίαν τινὰ λόγου συνέρχεται. Secundo conuitio Achilles impudētiam Agamemnoni obijcit, quam ego sic interpretor, vt Agamemnon perfrictæ frontis dicatur, qui per vim bo aliena eripiat, vt hoc loco Briseidem ab Achille, nullo herois respectu Dicitur aūt κυνὸς ὄμματα ἔχειν, qui antea quoq; κυνώπης d tur, & aliàs inde ἀναιδείην ἐπιειμένος, quia canis impudentissimum est animal, vt Oppianus alicubi scribit his verbis, si bene me ni: οἱ δ' ἐνὶ τραφερῇ λάβροι κύνες Illis tamen eo nomine marinos anteponit: sic, ἀλλὰ κύνεσσιν ἐναλίοις οὐκ ἄν τις ἀναιδείην ἐρίσειε. T tiò obijcitur Regi timiditas, quæ vt exprimatur, cor cerui habere dicitur. Illud ceruis magnum est, ac proinde timidi sunt illi, vt Aristot & alibi Ceruæ (masculos tamen etiam intelligendos monuit Gesnerus ille πολυγραφώτατος) inquit, timidæ sunt: nam s guis earum fibras non continet, ideoq; non spissatur. Factum ergo est, vt ἐλάφειος αἰὴς pro timido intelligatur. Cæterùm de h loco audiendus est Plato lib 3 de Repub. cuius hæc sunt verba: τί; τὰ δὲ τούτων, Οἰνοβαρὲς κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο, καὶ τὰ τῶν ἑξῆς, ἆρα καλῶς καὶ ὅσα ἄλλα τις ἐν λόγῳ ἢ ἐν ποιήσει εἴρηκε νεανιεύματα ἰδιωτῶν εἰς ἄρχοντας; Οὐ καλῶς. οὐ γὰρ οἶμαι εἴς γε σωφροσύνην νέοις ἐπι τήδεια ἀκούειν Dixerat autem antea esse temperantiam maximam vtilitatem ἀρχόντων ὑπηκόους εἶναι.

c οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον] Hoc est quod antea dixit, ἢ οὐδὲν ἐλθεῖν, ἢ αὐδᾶσαι ἶφι μάχεσθαι Hoc nūc dicitur ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι illud λόχονδ' ἰέναι Dixit autem ἀριστήεσσι, quia in insidijs proceres collocabantur. vt melius lib 13. videbitur.

d δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι] Numero multitudinis, δῶρα, dicit, cùm de vno tantùm auferendo cog taret Agamemnon, in sui locum qu ipse restituere cogebatur. Hoc autem ex indignantium more fit, qui sibi illatam iniuriam facienti exprobrantes, tanquam ea ad te

eros quoque redundet, solent exasperare. Vel forsan etiam κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligitur id ab Agamemnone aliàs factitatum. Si primum sensum arripiamus, habemus multa similia. Veluti Alexander propter vnicam mulierem Helenam cuius formā ipse compertam habet, totam Græciam καλλιγύναικα vocat. Menelaus ob vnius Paridis perfidiam Priamidas ὑπερφιάλους καὶ ἀπίστους dicit. Homerus ipse Vlyssem ob vnius Troiæ euersionem πτολίπορθον appellat.

e δημοβόρος βασιλεύς] His verbis nihil aliud moliebatur Achilles quàm populi in Agamemnonem cōcitationem, quibus etiam socordiam obijcit, quòd iniustum in se Regem tam patienter ferant, cùm ipsi potiùs insultandum esset. Hoc autem fuisse Achillis propositum, docet etiā historia, in qua dicitur Achilles, reliquos Græcos maximè heroas ab aditu suo prohibuisse, quòd se aduersus Agamemnonis contumelias, quum defendere liceret deseruissent, vnde ipsis etiam insidias struxisse memoratur.

f ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον] Non assentior Eustathio, qui Achillem dicit ex re obuia & contingenti iurandi occasionem arripuisse, quam illi ira suggessit. Etenim si sceptrum regibus imperij & iustitiæ signum fuit (vnde Iustinus historicus ab origine rerum pro dijs immortalibus veteres hastas coluisse dixit, ob cuius religionis memoriam, inquit, adhuc Deorum simulacris hastæ adduntur. hasta autē nihil aliud est quàm σκῆπτρον) non potest in rebus humanis à re augustiori iusiurandum illis peti, quod veteribus etiam gratissimum fuit. Tale est illud Parthenopæi apud Aeschylum:

Ὄμνυσι δ' αἰχμὴν ἣν ἔχει, μᾶλλον θεοῦ   Σέβειν πεποιθὼς, ὀμμάτων δ' ὑπέρτερον.

Notum est etiam, quid de Cænei hasta prouerbiali à Græcis interpretibus referatur. Sic apud Flaccum ex imitatione Homerica:

Hanc ego magnanimi spolium Didymaonis hastam,
Vt semel est auulsa iugis, ac matre perempta
Testor.
Quæ neque iam frondes virides, neque proferet vmbras,
Fida ministeria & duras obit horrida pugnas

Idem elegantissimè Virgilius:

Vt sceptrum hoc (sceptrum dextra nam fortè gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta neque vmbram,
Cùm semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas & brachia ferro
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.

Iurat itaq; per sceptrum Achilles duplici de causa, quasi dicat: Si sceptrum vt lignum consideres, quemadmodū illud nunc à montibus abscissum amplius nō reuirescet: sic nos vbi dissiti erimus inuicem, nō sumus in illū gratiæ & amicitiæ florem redituri. Si verò diuinum aliquid & sacrum hoc sceptrum intelligas, est, cur iusiurandum augustum existimetur. Hoc enim sceptrum gerunt filij Græcorum δικασπόλοι. Quare, ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος. Sunt autem δικασπόλοι, qui circa iura versantur, & θεμιστοφύλακες, quod erant reges, quibus sceptrum erat Iustitiæ symbolum, vt diximus, quemadmodum Fortitudinis hasta, inquit Eustathius, vnde quispiam collegerit distingui τὸ δόρυ à σκῆπτρον, contra quàm Iustinus existimarit.

g ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος] Solet Poëta breuiter ea, quę consequutura sunt, & prolixiori narratione explicabuntur, longè antè proponere, vt ea audiēdi desiderio auditores excitet, quæ figura vocatur προαναφώνησις, qualis hoc loco obseruari potest. Prædicit enim Græcis Achilles, se ab illis olim desideratum iri, cùm ipsos Hector armis profligabit.

h ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν] Verū est illud Xenophontis, αὐτῷ μὲν γὰρ ὁ παρ' ἄλλων ἔπαινος ἥδιστον ἀκουσμάτων ἐστὶν, ἑτέροις δὲ ὁ περὶ αὐτοῦ λυπηρότατον, inquit Plutarchus, ἀναισχύντους ἡγούμεθα τοὺς ἑαυτοὺς ἐπαινοῦντας, αἰδεῖσθαι προσῆκον αὐτοῖς κἂν ὑπ' ἄλλων ἐπαινῶνται. δεύτερον δὲ ἀδίκους ἃ λαμβάνειν ἔδει παρ' ἑτέρων, αὐτοῖς διδόντας. τρίτον, ἢ σιωπῶντες ἄχθεσθαι καὶ φθονεῖν δοκοῦμεν, ἢ τοῦτο δεδιότες, ἀναγκαζόμεθα συνεφάπτεσθαι παρὰ γνώμην τῶν ἐπαίνων, καὶ συνεπιμαρτυρεῖν, πρᾶγμα κολακείᾳ μᾶλλον ἀνελευθέρῳ προσῆκον ἢ τιμῇ, τὸ ἐπαινεῖν παρόντας, ὑπομένειν. Ista sunt, quę in eos generaliter Plutarchus dicit, qui se ipsi laudibus efficiūt, quasi hoc à nemine præstari debeat. Docet tamē istà viro πολιτικῷ licere interdum περιαυτολογεῖν pro ratione circumstantiarum, quæ ab eo enumerantur, inter quas ista est huius loci, ἐπ' ὀλίγον, inquit, οὐχ ἧττον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀδικουμένῳ τῷ πολιτικῷ δέδοται τὸ λέγειν τι περὶ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀγνωμονοῦντας ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς ὡς μὲν ὑφίετο τῷ θεῷ τῆς δόξης, καὶ μέτριος ἦν λέγων αἴκε ποθι Ζεὺς δῷσι πόλιν τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι. ὑβρισθεὶς δὲ παρ' ἀξίαν καὶ προπηλακισθεὶς, ἐφίησι τὴν μεγαλαυχίαν τῇ ὀργῇ. δώδεκα γὰρ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων. Καὶ οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον ἐγγύθι λαμπομένης. δέχεται γὰρ ἡ παρρησία, μέρος οὖσα τῆς δικαιολογίας. τὴν μεγαληγορίαν. In eam rem præterea adducuntur illic exempla Themistoclis & Demosthenis. poterat & hic locus laudari, vbi se, ἄριστον ἀχαιῶν, vocat Achilles.

Ὣς φάτο Πηλείδης· ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ	*Sic dixit Pelides: sceptrum autē proiecit in terrā*
χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον. ἕζετο δ' αὐτός.	*Aureis clauis transfixum. consedit autem ipse.*
Ἀτρείδης δ' ἑτέρωθεν ἐμήνιε· [a] τοῖσι δὲ Νέστωρ	*Atrides. v. ex alia parte irascebatur: his aūt Nestor*
ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς,	*Suauiloquus surrexit, argutus Pyliorum orator,*
τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.	*Cuius à lingua melle dulcior fluebat sermo:*
[b] τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων	*Illi iam duæ quidem ætates varielinguiū hominum*
ἐφθίαθ' οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο.	*Perierāt, qui cū ipso anteà simul nutriti sunt & geniti*
ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν·	*In Pylo diuina, inter tertios. v. regnabat.*
ὅ σφιν ἐὺ φρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν,	*Hic illis benè prudens concionatus est, & dixit,*
ὦ πόποι, ἦ μέγα πένθος Ἀχαιίδα γαῖαν ἱκάνει.	*O dij, certè magnus luctus Achiuam terrā inuadit.*
[c] ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες,	*Certè lætabitur Priamus, Priamiq; filij,*
ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ,	*Alijq; Troiani valde gaudebunt ex animo,*
εἰ σφῶιν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιιν,	*Si vos hæc omnia audient depugnantes,*
[d] οἳ [*] περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.	*Qui quidē cōsilio Danais antecellitis & pugnādi peritia:*
ἀλλὰ πίθεσθ'. ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο.	*Sed persuadeamini: ambo autem iuniores estis me.*
[e] ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν	*Iam enim aliquando ego & cū melioribus quàm vos*
[f] ἀνδράσιν ὡμίλησα, καὶ οὔποτέ μ' οἵγ' ἀθέριζον.	*Viris cōuersatus sum, & nunquā me ipsi paruipēderūt:*
οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι,	*Non. n. vnquā tales vidi viros, neq; videbo,*
οἷον Πειρίθοόν τε, Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν,	*Qualem Pirithoumq;, Dryantēq; pastorem populorū*
Καινέα τ', Ἐξάδιόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολύφημον,	*Cæneumq;, Exadiumq;, & æqualē Deo Polyphemū,*
Θησέα τ' Αἰγείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισι.	*Theseumq;, Aegidem similem immortalibus.*
κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν.	*Fortißimi certè illi terrestrium nutriti sunt virorū:*
κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ [g] καρτίστοις ἐμάχοντο	*Fortißimi quidem erant, & cū fortißimis pugnabāt*
φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσσαν.	*Belluis monticolis, & fortiter interfecerunt.*
καὶ μὲν τοῖσιν ἐγὼ μεθομίλεον ἐκ Πύλου ἐλθὼν,	*Et quidem cum his conuersabar ex Pylo veniens.*
τηλόθεν ἐξ Ἀπίης γαίης (καλέσαντο γὰρ αὐτοί.)	*Procul ex Apia terra, (vocabant enim ipsi)*
καὶ μαχόμην κατ' ἔμ' αὐτὸν ἐγώ· κείνοισι δ' ἂν οὔτις	*Et pugnabā pro meis virib. ego: cū illis autem nullus*
τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσιν ἐπιχθόνιοι, μαχέοιτο·	*Eorum qui nunc homines sunt terrestres pugnaret:*

[*] γρ. περὶ μ. β. δ. περὶ δ.

b   Καὶ

Καὶ μέν μευ βουλέων ξύνιον, πείθοντό τε μύθῳ.
Ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες, ἐπεὶ πείθεσθαι ἄμεινον·
[h] Μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κούρην,
Ἀλλ' ἔα ὥς οἱ πρῶτα δόσαν γέρας υἷες Ἀχαιῶν·
Μήτε σὺ *Πηλείδη ἔθελ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ
Ἀντιβίην· ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.
Εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ.
Ἀλλ' ὅγε φέρτερός ἐστιν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.
Ἀτρείδη, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος· αὐτὰρ ἔγωγε
Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον, [i] ὃς μέγα πᾶσιν
Ἕρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο.

*γρ. πηλείδη θέλ'.

Et mea cõsilia audiebãt, mihiq́ obedientes erãt verbo.
Sed obedite & vos, quia obedire melius.
Neq; tu ab isto, potens quamuis sis, auferas puellam.
Sed cõcede vt ei primũ dederũt præmiũ filij Achiuorum.
Neq; tu Pelide velis contendere regem
Contra: quia nunquam similẽ sortitus est honorem
Sceptriger rex, cuiq; Iupiter decus dedit.
Si autem tu fortior es, dea autẽ te generauit mater:
Tamen hic potentior est, quia pluribus imperat.
Atride, tu autem compesce tuam iram: sed ego
Precabor Achillem deponere irã, qui magnũ omnib.
Septum Achiuis est belli mali.

COMMENTARIVS.

a τοῖσι δὲ Νέστωρ ἡδυεπὴς] Hanc eandem eloquentiæ laudem tribuit Nestori etiam Dictys Cretensis lib. 1. Eumq; (Agamemnonẽ) r cognita Nestor, longam exorsus orationem, ad postremum in suadendi genere, in quo præter cæteros Græciæ viros iucundus ac ceptusq; erat, à proposito cohibuit. Sed ei quoq; præter eloquentiam Plat. de Legib. lib. 4. Prudentiæ laudem tribuit. Locum in tegrum afferam: ὅταν ἔρως θεῖος τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπιτηδευμάτων ἐγγένηται μεγάλαις τισὶ δυναστείαις, ἢ κατὰ μοναρχίαν δυναστευούσαις ἢ κατὰ πλούτων ὑπεροχὰς διαφερούσαις, ἢ γενῶν, ἢ τὴν Νέστορος ἐάν ποτέ τις ἐπανενέγκῃ φύσιν, ὅν τῇ τοῦ λέγειν ῥώμῃ φασὶ πάντων διενεγκόντα ἀνθρώπων, πλέον ἔτι τῷ σωφρονεῖν διαφέρειν· τοῦτ' οὖν ἐπὶ μὲν Τροίας, ὥς φασι γέγονεν, ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐδαμῶς, &c. Hippias etiam apud Platonem in dialogo, qui Hippiæ illius nomen habet, ait: Ὅμηρον πεποιηκέναι ἄριστον μὲν ἄνδρα Ἀχιλλέα τῶν εἰς Τροίαν ἀφικομένων, σοφώτατον δὲ Νέστορα, πολυτροπώτατον δὲ Ὀδυσσέα. Sed vt de Nestore, eum sic describit in Heroicis Philostratus ex Homero, quæ ad huius loci illustrationem faciunt. Πρεσβύτατον μὲν τοίνυν τοῦ Ἑλληνικοῦ φησὶν (supple Protesilaus, cuius opinionem ibi vinitor recitat) ἐλθεῖν ἐς Τροίαν, τὸν Νηλέως Νέστορα, πολέμων τε πολλῶν γεγυμνασμένον, οἳ ἐφ' ἡλικίας αὐτοῦ ἐπολεμήθησαν, ἀγώνων τε γυμνικῶν, ἐν οἷς πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα ἐτίθετο, ζακκτικῶς ὁπόση ὁπλιτῶν τε, καὶ ἵππων ἄριστα δὴ ἀνθρώπων γιγνώσκοντα· δημαγωγίᾳ τε ἐμμελεστάτῃ ξυμβεβηκότα, μὴ δι' ἣν τῇ κολακευούσῃ τοὺς δήμους, ἀλλὰ τῇ σωφρονιζούσῃ, πράττειν δὲ αὐτὸν ξὺν ὥρᾳ τε καὶ ἡδονῇ τῶν λόγων. ὅθεν καὶ τὰς ἐπιπλήξεις ἃς ἐποιεῖτο, μὴ ἀγροίκους μηδ' ἀηδεῖς φαίνεσθαι: Hæc posteriora sunt maximè huius loci.

b τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ]. Quomodo ista sint intelligenda, docebit copiosius Lexicon nostrum Homericũ in voce γενεά. Impræsentiarum sufficiat locum Tullij de Senectute huic similem adducere, qui etiam ad sequentia inseruiet. Videtis'ne, inquit, vt apud Homerum sæpissimè Nestor de virtutibus suis (id est περὶ τῶν ἑαυτοῦ ἀριστειῶν ἢ περὶ τῶν ἀνδραγαθημάτων, vt vir doctus ibi interpretatur) prædicet? tertiam enim iam ętatem hominum vixerat: nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim (vt ait Homerus) ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio, quam ad suauitatem nullis egebat corporis viribus: & tamen dux ille Græciæ nunquam optat, vt Aiacis similes habeat decem, at vt Nestoris: quod si acciderit, non dubitat, quin breui Troia sit peritura. Locum, vt dixi, integrum afferre volui, ne in multas partes contextus narrationis discerperetur. Videmus autem hoc loco γενεὰς Græcorum, ætatem à Tullio appellari. Aetatem autem quidam triginta annorum spatio concludunt, Rhodig. lib. 19. cap. 22 quasi intelligendum sit Nestorem duas ætates, id est, sexaginta annos exegisse, nunc in tertia ætate versari. Sed Ouidius antiquior illo longè aliter intellexit, vt docent 12. Metam. ipsa Nestoris verba, - vixi Annos bis centũ, nunc tertia viuitur ætas. Vt vt sit, per longæuitatem Nestoris Homerus illi magnam ἐμπειρίαν vult tribuere, quæ vix nisi sera ætate comparatur, ex qua etiam generatur φρόνησις. Ergo rectè ille, non omnia grandior ætas, Quæ fugiamus, habet: seris venit vsus ab annis. Quod ex Euripide adumbratum est. Sic enim ille in Phœnissis, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ Ἐτεόκλεις πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

c ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος] Hoccine est credibile aut memorabile Tanta væcordia innata cuiquam vt siet, Vt malis gaudeat alterius? inquit ille. Et tamen illa ἐπιχαιρεκακία vulgaris est, quam Plutarchus περὶ πολυπραγμοσύνης πάθους αἰτίαν ἐκ θηριώδους γεγονὸς τῆς κακοηθείας dixit Quæ an damnanda sit, non est valde dubitandum. Videtur tamen mihi in rebus bellicis concessa hoc argumento: quod si de hostium infortunio gaudere non liceat, videatur quoque bellorum vsus prohiberi, cùm illa tamen nunquam vetita fuerint. Ex illa igitur hostili consuetudine poterant ob Græcorum dissidia Troiani gaudio triumphare, cuius ansam ne præbeant solent diligenter cauere ex vtraque parte hostes.

d οἳ περὶ μὲν βουλῇ] Egregij ducis duas necessarias virtutes, Prudentiã & Fortitudinem indicat, quæ si in eum cõcurrant, nihil deest illi quod ad bellorum confectionem desideret. Vnde veteres prudenter Palladem & Martem bellis præfecerunt: quasi illam consilio, hunc pugnæ Vtramque virtutem requirebat Nuntius apud Aeschylum ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, in eo quem Amphiarao erat oppositurus Eteocles. Amphiaraum illum primùm σωφρονέστερον ἀλκήν τ' ἄριστον dixerat, posteà verò sic de eo loquitur: οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα τούτῳ σοφούς τε, κἀγαθοὺς ἀντηρέτας πέμπειν ἐπαινῶ. Vtramque porrò Adrastus apud Euripidem in Supplicib. Tydeo tribuit, facetè de eo sic dicens: Τυδεὺς δ' ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι δεινὸς σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά. &c. Vtramque etiam coniungebat Hannibal: qui cum audisset Stoici cuiusdam argumenta, quibus probabat solum sapientem, imperatorem esse, risit: νομίζων ἀδύνατον εἶναι, ἐκτὸς τῆς δι' ἔργων ἐμπειρίας, τὴν ἐν τούτοις ἐπιστήμην ἔχειν, vt refert Taraso apud Stobæum. Sic Artabanus apud Herodotum virum ἄριστον, tum demum futurum dicit, εἰ βουλευόμενος μὲν ἀῤῥωδέοι πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χρῆμα· ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη. Vtrumque etiam coniunxit Agesilaus Lacedæmoniorum Rex interrogatus, τίνα δεῖ τὸν στρατηγὸν ἔχειν, εἶπε· πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους τόλμαν. πρὸς δὲ τοὺς καιροὺς λογισμόν· addit quoque tertium, πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους εὔνοιαν. Plura etiam refert Socrates apud Xenophontem: sed ista duo in bellis gerendis videntur sufficere. Sic Romani Fabio prudenti, Metellum pugnacem coniunxerunt, quorum iuncta mutua opera afflictæ res Romanæ sunt redintegratæ. Vnde apud eos inualuerat, vt Fabius clypeus, Marcellus Romani imperij ensis haberetur. Ab vtraque ergo virtute Nestor vtrumque heroa Achillem & Agamemnonem commendat, cùm tamen eos in vtraq; cæteris Græcis anteponit cautè & sapienter, leni & adulatoria quasi oratione vtriusque animum demulcens. Etenim non poterat Agamemnon iurè in fortitudinis Achillis societatem venire, quia ipso longè erat inferior. Vterq; porrò consilij facultate Nestori & Vlyssi subsidebat.

e ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ] Aliud est hic exemplum laudis, quam honestè potest sibi vir politicus tribuere, de qua sic Plutarchus: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καταπλήξεως ἐνιαχοῦ καὶ συστολῆς ἕνεκα καὶ τοῦ ταπεινῶσαι καὶ λαβεῖν ὑποχείριον τὸν αὐθάδη καὶ ἰταμὸν, οὐ χεῖρόν ἐστι κομπάσαι τι περὶ αὑτοῦ καὶ μεγαλορρημονῆσαι. καθάπερ αὖ πάλιν ὁ Νέστωρ, ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν Ἀνδράσιν ὡμίλησα, καὶ οὔποτέ μ' οἵγ' ἀθέριζον. οὕτω δὲ καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον ὁ Ἀριστοτέλης, οὐ μόνον ἔφη τοῖς πολλῶν κρατοῦσιν ἐξεῖναι μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ θεῶν δόξας ἀληθῶς ἔχουσι, &c.

f ἀνδράσιν ὡμίλησα] Qui'nam isti sint, postea explicat, vt veritatem generalis huius propositionis confirmaret. Etenim vnde illud dictum minus erat fidei consequuturum. Sunt ergo illi Pirithous, Dryas, Cæneus, Exadius, Polyphemus quidam eiusdẽ cum Cyclope nominis, & Theseus: quorum etiam idem meminit apud Ouidium 12. Metamorphos. vbi pugnas Lapitharum & Centaurorum in nuptijs Pirithoi & Hippodames apud Achillem reliquosque proceres narrat, quod hic leuiter tantùm in sequentibus attingit.

g καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο] Ea demum laudabilis est pugna, quæ cum viris fortissimis committitur, quo nomine heroas illos commendat Nestor, quos cum Centauris pugnasse memorat. Erant autem Centauri populi bellicosissimi, de quibus ista Diodorus lib. 4. ad hunc locum pertinentia refert: Φασὶ δὲ τούτους (Κενταύρους) ὡς συγγενεῖς ὑπάρχοντας ἀπαιτῆσαι τὸν Πειρίθουν τὸ μέρος τῆς πατρῴας ἀρχῆς· οὐκ ἀποδιδόντος δὲ τοῦ Πειρίθου, πόλεμον ἐξενεγκεῖν πρὸς αὐτόν τε καὶ τοὺς Λαπίθας· ὕστερον δὲ διαλυθέντων αὐτῶν, Πειρίθους μὲν γήμας Ἱπποδάμειαν τὴν Βούτου, καὶ καλέσαντας εἰς τοὺς γάμους τόν τε Θησέα καὶ τοὺς Κενταύρους, φασὶ μεθυσθέντας ἐπιβαλέσθαι ταῖς κεκλημέναις γυναιξὶ καὶ βίᾳ μίσγεσθαι· διὰ δὲ τὴν παρανομίαν τόν τε Θησέα καὶ τοὺς Λαπίθας παροξυνθέντας, οὐκ ὀλίγους μὲν ἀνελεῖν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκβαλεῖν τῆς πόλεως, &c. Huis ergo pugnæ se in-

e interfuisse quoq; testatur hîc Nestor, cùm dicit, ϗ μαχόμην κατ' ἐμ' αὐτὸν ἐγώ. Sua autem in illũ facinora sigillatim apud Ouidium ommemorat, & in sui iactantiam tantam erumpit, vt dicere non sit veritus: Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti, Tunc poteram magni, si non superare, morari Hectoris arma meis: illo sed tempore nullus Aut puer Hector erat: nunc me nea deficit ætas.

h μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός.] Difficillimè amicorum lites à tertio quodam amico componuntur: quia si in vnius gratiam magis propẽlere videatur, alterius odium incurrit. Ideò Biantem scribit Plutarchus arbitrium inter duos amicos olim recusasse. Prudenter iaq; Nestor duorum istorum heroum dissidium sedare nititur, vnius nõ magis quàm alterius partes amplexatus. Nam Agamemnonem ab iniuria, quam Achilli inferre meditatur, deterret: Achillem verò ad regiæ authoritatis reuerentiam exhortatur. Prioris artis argumentum fuit, Non esse Regi ea, quæ communi vniuersorum Græcorum consensu decreta sunt rescindere. Sic enim illa nterpretor, ἀλλ' ἔα ὥς οἱ πρῶτα δόσαν γέρας υἷες Ἀχαιῶν. Secunda pars ampliore non egebat argumentorum fulcimento, itaq; solius giæ dignitatis expositione cõtenta est: vbi illud γνωμάτιον perelegans, ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς Σκηπτοῦχος βασιλεὺς ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν. quod sic intelligendum est, quasi nunquam satis dignus honos regibus deferri possit, quibus etiam ipse Iupiter gloam impertiatur. Hinc est illud Pindari, ἐπ' ἄλλοι- σι δ' ἄλλοι μεγάλοι, τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι, μηκέτι πάπταινε πόρσιον: id est, lij alijs rebus magni sunt: supremum verò fastigium regum est. Proinde ne ad maiora longiùs circumspice. Quod autem hîc de onore, quem in reges Iupiter conferre dicitur, simile est illud Menandri monosticho, εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ. ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, inquit Hesiodus. Quibus omnibus respondebit illud apud Homerum paulò pòst, οὐκ ἀγαθὸς πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας ἵνα σφισὶ βασιλεύῃ. Sed quis tandẽ est ille honos, qui à Ioue regius confertur? Ipsum nimirum regnum, quod ipsi à Deo commissum est, vt dicebat Diotogenes, cuius hæc sunt verba apud Stoum. ὅθεν εἰς λύραν ϗ πόλιν εὐνομουμένην δεῖ συναρμόσασθαι βασιλέα, ὅρον δικαιότατον, ϗ νόμω τάξιν ἐν αὐτῷ πρᾶτον κατεστησάμενον, εἰδότα διότι τῷ πλάθεος, ᾧ δέδωκεν ὁ θεὸς αὐτῷ τὴν ἁγεμονίαν, ἀ συναρμογά ποτ' αὐτὸν ὀφείλει συναρμοσθῆμεν. Itaq; inter Deum & Regem, Mundum & opulum certa est ad inuicem proportio. Etenim vt dicit idem, ἔχει δὲ καὶ ὡς θεὸς ποτὶ κόσμον, βασιλεὺς ποτὶ πόλιν· καὶ ὡς πόλις ποτὶ κόσμον, ασιλεὺς ποτὶ θεόν. ἁ μὲν γὰρ πόλις, ἐκ πολλῶν ϗ διαφερόντων συναρμοσθεῖσα κόσμω σύνταξιν ϗ ἁρμονίαν μεμίμαται. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχαμάτισται. Quod idem reges pietatis & cultus diuini admonet. Si enim si à subditis reuerentiam sibi debitam expostulant, cuius tandem est dementiæ, reges illã Deo denegare, cuius beneficio totam am regnandi potestatem consequuti sunt? Inde Philippus rex aiebat, oportere meminisse regẽ, quòd homo existens potestatem leptus sit diuinam, vt res honestas & diuinas instituat, voce autem humana vtatur. Itaq; optimè idem Diotogenes inter tria res officia cultum Dei enumerat: ab illo tamen dissentio, quòd illum ipse postremo loco posuerit, ego caput reliquorum credam. ergo ille, τὸ γε μὰν τρίτον, λέγω δὲ τὸ θεραπεύεν τὼς θεώς, βασιλέως αὐτάξιον. δεῖ γὰρ τὸ ἄριστον ὑπὸ τῶ ἀρίστω τιμᾶσθαι, ϗ τὸ ἁγεμονοῦν ὑπὸ τῶ ἁγεμονεύοντος. τῶν μὲν ἐν φύσει τιμιωτάτων, ἄριστον ὁ θεός.

i ὃς μέγα πᾶσιν] Hac Achillis commendatione ostendit Nestor, quando sit Græcis ille præsidio, vt etiam hoc pacto ipsum Agamemnoni anteponere videatur, cùm nihil tale de eo predicet: itaq; tacitè quodammodo Agamemnonem ad iræ remissionem extat, quasi isto belli propugnaculo ipse idem carere non possit.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων,
ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα γέρον κατὰ μοῖραν ἔειπες.
ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει * περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων·
πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν,
πᾶσι δὲ σημαίνειν· ἅ τιν' οὐ πείσεσθαι ὀΐω.
εἰ δέ μιν αἰχμητὴν ἔθεσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι;
Τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήδην ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεύς,
ἦ γάρ κεν δειλός τε ϗ οὐτιδανὸς καλεοίμην,
εἰ δὴ σοὶ πᾶν ἔργον ὑπείξομαι ὅττι κεν εἴπῃς·
ἄλλοισιν δὴ ταῦτ' ἐπιτέλλεο, μὴ γὰρ * ἔμοιγε
σήμαιν'· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι σοὶ πείσεσθαι ὀΐω.
ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι.
χερσὶ μὲν οὔτι ἔγωγε μαχήσομαι εἵνεκα κούρης
οὔτε σοί, οὔτε τῳ ἄλλῳ, ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε δόντες.
τῶν δ' ἄλλων ἅ μοι ἐστὶ θοῇ παρὰ νηὶ μελαίνῃ,
τῶν οὐκ ἄν τι φέροις ἀνελὼν ἀέκοντος ἐμεῖο.
εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε.
αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί.

Huic autem vicissim respondit rex Agamemnon,
Ita sanè hæc omnia senex secundùm decens dixisti:
Sed hic vir supra omnes esse vult alios,
Omnes esse in sua potestate vult, omnibus & dominari,
Omnibus & præcipere, quæ non persuasurum puto.
Si aũt ipsum bellicosum fecerunt Dij semper existentes,
An propter ea ipsi permittunt contumelias loqui?
Huic. a. interpellato sermone respondit d. Achilles.
Certè timidusq; & vilis vocari possem,
Si iam tibi in omni re cessero quam dicis:
Alijs iam hæc iube, non enim mihi
Præcipe: non enim me tibi obtemperaturum puto.
Aliud aũt tibi dico, tu aũt in præcordiis mitte tuis:
Manib. quidẽ non ego pugnabo, gratia puellæ
Neq; tecũ, neq; cũ alio quouis, cũ à me aufertis quod de- (distis.
Aliarum. a. rerũ, q̃ mihi sunt velocẽ apud nauẽ nigrã,
Harum nihil vtiq; feres accipiens inuito me.
Alioquin, age, fac periculum, vt agnoscant & isti:
Statim tibi sanguis niger fluet per lanceam.

χ. πίει.

χ. ἔμοιγε Ἄλλο δ' ἐγ.

COMMENTARIVS.

a ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει] Solent inter pares non rarò dissidia concitari, si quis eorũ se paribus anteponat: quantò ergo iustiùs maior i ignabitur, si minor se illo superiorem fecerit? Itaque illud Agamemnoni molestum fuit, quòd se Achilles intra suæ dignitatis r agula non contineat, sed longè alijs omnibus altiùs sese efferat. Hinc ad modestiam Reges Regum aliorum subditi monentur, ui officij cancellos non transiliant. Et illa est σωφροσύνη, de qua sic Socrates: αὐτὴ δὲ σωφρονεῖς, τοῦτο θεῶν δῶρον ὑπάρχει. Ἡ σωφροσύνη ἐστὶν ἐὰν μετρῇς σεαυτόν. Loquitur autem illic de Regibus. ab eodem vitio dehortatur eos Seneca in Thyeste: Vos, quibus rector uit, maris atque terræ Ius cedit magnum necis atq; vitæ, Ponite inflatos tumidosq; vultus, Quicquid à vobis minor extir scit, Maior hoc vobis dominus minatur. Omne sub regno grauiore regnum est. Quem dies vidit veniens superbum, Hunc s vidit fugiens iacentem. Ergo quemlibet sua sorte contentum esse decet, nec in alios imperium vsurpare, quod non nisi iniuf possidere potest. Ingenium tamen eiusmodi multis innatum est, vt non solùm pares non patiantur, sed & superiores euadere c itendant quoque iure quaq; iniuria. & illud Eteoclis, si non ore, factis saltem exerceant: εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Quæ autem hoc loco de Achille profert Agamemnon, prætextum aliquem veritatis essent habita, si ipsi Achilli regnum vniuersum à Græcis ferè est demandatum præ indignatione, qua erant in Agamemnonẽ affecti, cùm n let Briseidem restituere, vt disertè testatur historia Cretensis.

b εἰ δέ μιν τὸν] Gulielmus Canterus, vir de vtraque lingua & nostris literis optimè meritus, hunc locum in suis nouis lectionib diuersè ab Eustathio nostro interpretatus est. Sic enim ille: Etiam si, inquit (Agamemnon) hoc à Dijs Achilles consecutus est, v gregius bellator inter omnes haberi possit: nõ tamen propterea sibi concessum putare debet, vt probris & conuitijs, quẽcunq; libeat, iure possit proscindere. Quis enim ideò fortitudinem cuiquam Deos tribuere credat, vt iniurium eum & maledicum reddat? Eustathius hæc ita accepit, quasi sic dixerit Rex: An quia fortis est, ideò maledicta sermonem eius præcurrunt? Sed fallitur hoc loco vir alioqui diligentissimus. Non enim dicit Homerus, τὰ ὀνείδεα προθέουσι τοῦ μυθήσασθαι: sed προθέουσιν (οἱ θεοὶ) μυθήσασθαι τὰ ὀνείδεα. Ponitur autem προθέουσι pro προτιθέασι, &c. Hæc ille peroptimè meo quidem calculo. Locus autem Homericus planè modestiam denuò commendat, monetq; nos, quò potentiores sumus, eò humiliores fieri.

c Σήμαινε] Eustathius annotauit, & post eum Giphanius, Longinum Criticum hunc versum tanquam spurium expunxisse. Sane non videtur mihi superfluus, quasi Achilles eadem verba, quibus in eum vsus erat Agamemnon, in eundem Agamemnonem recu dat. Dixerat enim antea Agamemnon, πᾶσι δ' σημαίνειν, ἅ τιν' οὐ πείσεσθαι ὀΐω.

d χερσὶ μὲν οὔτι ἔγωγε] Obtemperat Nestoris consilio Achilles, & vt se Regi debitam reuerentiam exhibiturum esse doceat, pollicetur iam Agamemnoni, se non obstiturum Briseidis gratia, quanquam sibi iam datam auferri iniquum sentiat. Cùm autem Agamemnon consilium Nestoris probasset, tamen illud non sequutus est.

Ὣς τώ γ' ἀντιβίοισι μαχεσσαμένω ἐπέεσσιν	*Sic hi contrariis contendentes verbis*
Ἀνστήτην· λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν.	*Surrexerunt: soluerunt aũt concionẽ apud naues A(chiuorum)*
Πηλείδης μὲν ἐπὶ κλισίας καὶ νῆας ἐΐσας	*Pelides quidem ad tentoria & naues æquales*
Ἤϊε σύν τε Μενοιτιάδῃ καὶ οἷς ἑτάροισιν.	*Iuit cumq; Menœtiade & suis sociis:*
Ἀτρείδης δ' ἄρα νῆα θοὴν ἅλαδε προέρυσσεν,	*Atrides autem nauem velocem in mare deduxit,*
Ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν ἐείκοσιν, ἐς δ' ἑκατόμβην	*Intus q. remiges elegit viginti, intus aũt hecatombe(n)*
Βῆσε θεῷ· ἀνὰ δὲ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον	*Imposuit deo, Chryseidẽ. v. pulchrigenã (prudẽs Vlyss(es))*
Εἷσεν ἄγων· ἐν δ' ἀρχὸς ἔβη πολύμητις Ὀδυσσεύς.	*Conscendere fecit adductã: in ea aũt princeps ascẽdi(t)*
Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀναβάντες ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα.	*Qui cùm ascendissent, nauigabãt per humidas via(s).*
Λαοὺς δ' Ἀτρείδης [a] ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν.	*Populos autem Atrides lustrari iussit.*
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, [b] καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον·	*Illi autem lustrabantur, & in mare sordes iacieban(t).*
Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τεληέσσας ἑκατόμβας	*Faciebant autem Apollini perfectas hecatombas*
Ταύρων ἠδ' αἰγῶν παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο·	*Taurorũ & caprarũ, iuxta littus maris infructuos(i)*
Κνίση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη [c] περὶ καπνῷ.	*Nidor autem ad cœlum ibat inuolutus circa fumun(m)*
Ὣς οἱ μὲν τὰ πένοντο κατὰ στρατόν· οὐδ' Ἀγαμέμνων	*Sic hi qdẽ hæc operabãtur p exercitũ: neq; Agamemn(on)*
Λῆγ' ἔριδος, τὴν πρῶτον ἐπηπείλησ' Ἀχιλῆϊ.	*Cessabat à rixa quã primùm minatus fuerat Achil(li)*
Ἀλλ' ὅγε Ταλθύβιόν τε καὶ Εὐρυβάτην προσέειπε,	*Sed hic Talthybiumq; & Eurybatem affatus est:*
Τώ οἱ ἔσαν κήρυκε καὶ ὀτρηρὼ θεράποντε·	*Qui ipsi erant præcones & fortes ministri:*
Ἔρχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,	*Abite ad tentorium Pelidæ Achillis,*
Χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν Βρισηΐδα καλλιπάρῃον.	*Manu capientes adducite Briseida pulchrigenam.*
Εἰ δέ κε μὴ δώῃσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι	*Si autem non dederit, ego ipse auferam*
Ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι· τό οἱ καὶ ῥίγιον ἔσται.	*Veniens cum pluribus: quod illi & horribilius erit.*

COMMENTARIVS.

a ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν] Nouit etiam hoc illa prisca ætas, oblata ab impuris hominibus sacrificia minimè Dijs accepta esse, ad vt non solùm eorum preces à Dijs non exaudirentur, sed etiam magis eorum iram in se concitarent. Fiebant ergo lustrationes v[illegible] rijs modis, sed erat præcipua quædam manus lauare ad aras accessuris hominibus erat necessarium, cùm aras ipsorum Deorum p[illegible] cantes essent apprehensuri, vt diligenter obseruauit Natalis Mythol. lib. 1 cap. 10 & 14. Itaq; [illegible] perceptum, quod [illegible] nibus impuris aram non licuisset attingere, retulit Timarchidas in lib. de Coronis cuius hæc sunt carmina ab eodem Natali recitata: [illegible Greek] Differeb[ant] autem lustrationes pro ratione Deorum, quibus sacrificia destinabantur. Nam qui superis sacrificaturi erant, toti lauabantur [aut si] fieri poterat, sin autem saltem manus: at inferis litaturi, tenui aqua tantùm irrorabantur. Sed de his alias etiam dicetur.

b καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον] Cur in mare? Quia, inquit Eustathius, aqua marina sordibus abluendis est aptissima. Vnde Euripi[des] in Iphigenia, [illegible Greek] κακά. Quod eum dicunt ea de causa dixit Laertius in vita Platonis, quòd in Aegy[pto] cùm morbo comprehensus esset, à sacerdotibus marina curatione fuisset absolutus. Quòd autem abluendi vires præstantiores [illegible] habeat, [illegible] propter illius salsuginem fieri. Salis autem facultatem esse καθαρτικὴν, docet Oribasius in M[e]dic. [illegible] & [illegible] simplicium medicam. lib. 2. Itaq; in sacrificijs, quæ aliquis sui purgandi causa propter cædem [illegible] com[illegible] mos erat in salem aquam conijcere, & locum ea leuiter irrorare, postquam sulphuris accensi fu[illegible] [illegible] Theocritus his verbis: [illegible Greek] Græci ergo hoc loco purgamenta suarum lustrationum in mare proijciunt, quæ tamen al[ias] aquas dulces proijciebant, prout credo vicinitas aquarum ferebat. Quibus enim mare vicinum erat, illi commodè sord[es] illas in mare poterant ejicere: qui verò fluuijs, illi quoq; commodè in fluuios. Sic Damon apud Virgilium, Fer cineres Amar[yllis] foras, riuoq; fluenti Transq; caput iace: ne respexeris, &c. Vbi notandus etiam mos proijciendi a tergo, ne sordes viderentur, [illegible] de[illegible] etiam aliquod & immundities contrahi, quod forsan etiam Græci obseruarunt.

c περὶ καπνῷ] Additur ab historia quid post sacrificium acciderit. Dein perfecto sacrificio inquit, vis mali leniri paulatim visa, [illegible] que amplius attentari corpora: & eorum qui ante fatigabantur, tanquam sperato diuinitus leuamine, relaxari. Ita breui per v[ni]uersum exercitum salubritas vigorq; solutus renouatus est. Hæc Homerus tacuit, quia facilè per se cogitari poterant.

[illegible] Ὣς εἰπὼν προΐει, [a]* κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.	*Sic dicens præmisit, durum aũt mandatum iuss(it)*
[b] Τὼ δ' ἀέκοντε βάτην παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο·	*Hi inuiti iuerunt iuxta littus maris infructuosi:*
Μυρμιδόνων δ' ἐπί τε κλισίας καὶ νῆας ἱκέσθην.	*Myrmidonum. v. ad tentoriaq; & naues peruenerũ(t)*
Τὸν δ' εὗρον παρά τε κλισίῃ καὶ νηὶ μελαίνῃ	*Hunc aũt inuenerunt apudq; tentoriũ & nauẽ nig(ram)*
Ἥμενον· οὐδ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.	*Sedentem: neq; sanè hos intuitus lætatus est Achill(es)*
[c] Τὼ μὲν ταρβήσαντε καὶ αἰδομένω βασιλῆα,	*Hi quidem perterriti & reueriti regem,*
Στήτην, [d] οὐδέ τί μιν προσεφώνεον οὐδ' ἐρέοντο.	*Steterũt: nequaq. v. ipsum alloquebãtur, nec interr(ogabant)*
Αὐτὰρ ὁ ἔγνω ᾗσιν ἐνὶ φρεσὶ φώνησέν τε·	*Sed hic cognouit suis in mentibus, dixitq;*
[e] Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν·	*Saluete præcones Iouis nuntij, atq; etiam virorum.*
Ἆσσον ἴτ'. οὔτι μοι ὔμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ' Ἀγαμέμνων,	*Propius accedite. nihil mihi vos culpãdi, sed Agam(emnon)*
Ὃ σφῶϊ προΐει Βρισηΐδος εἵνεκα κούρης.	*Qui vos præmisit Briseidis causa puellæ.*
Ἀλλ' ἄγε διογενὲς Πατρόκλεες ἔξαγε κούρην,	*Sed age generose Patrocle educ puellam,*

καί σφωϊν δὸς ἄγειν· τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων
Πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων,
Καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος, εἴποτε δ' αὖτε
χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι
Τοῖς ἄλλοις. ἦ γὰρ ὅ γ' ὀλοιῇσι φρεσὶ θύει,
Οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω,
ὅππως οἱ παρὰ νηυσὶ σόοι μαχέοιντο Ἀχαιοί.
Ὣς φάτο· Πάτροκλος δὲ φίλῳ ἐπεπείθεθ' ἑταίρῳ,
ἐκ δ' ἄγαγε κλισίης Βρισηΐδα καλλιπάρῃον,
δῶκε δ' ἄγειν. τὼ δ' αὖτις ἴτην παρὰ νῆας Ἀχαιῶν.
ἡ δ' ἀέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν.[h] αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
δακρύσας, ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο νόσφι λιασθείς,
θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς, ὁρόων ἐπὶ οἴνοπα πόντον.
πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς,
Μῆτερ, ἐπεί μ' ἔτεκές γε μινυνθάδιόν περ ἐόντα,
τιμήν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης· νῦν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἔτισεν.
ἦ γάρ μ' Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
ἠτίμησεν· ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας, αὐτὸς ἀπούρας.

Et ipsis da vt ducant, vos ipsi autem testes estote
Coram dijs beatis, coramq́; mortalibus hominibus,
Et coram rege immiti, si vnquam posthac
Opus me fuerit sæuam perniciem remouere
Ab alijs: certè enim hic perniciosis consilijs furit,
Neque scit intelligere præsentia nec futura,
Vt sibi apud naues salui pugnare queant Achiui.
Sic dixit, Patroclus autem dilecto obediuit socio:
Eduxit autem ex tẽtorio Briseida pulchrigenam,
Deditq́; ducẽdã: hi.a. retrò iuerũt ad naues Achiuorũ.
Illa verò inuita vnà cum his mulier ibat, sed Achilles
Lachrymans à socijs statim sedit seorsim separatus.
Littus ad maris cani, respiciens in purpureum pontũ,
Multa. a. matri dilectæ supplicauit manus porrigens.
Mater, quum me pepereris vt essem breuis tẽporis,
Honorem mihi debebat Olympius tradere
Iupiter altitonãs: nunc. a. neq; me paululũ honorauit.
Certè enim me Atrides latè dominans Agamemnon
Inhonorauit: habet. n. præmiũ quod per vim rapuit.

COMMENTARIVS.

a χαλεπὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε] his verbis docet Poëta malè hoc ab Agamemnone factũ, quod reuerà iniustũ fuit, tũ quòd nõ esset ...is ea repetere, quę semel data essent: tũ quòd Nestoris cõsilio quod probare videbatur, nõ obsecundârit, cui tamẽ Achilles paruit.

b τὼ δ' ἀέκοντε βάτην] Exemplum est obsequij seruorum in dominos. Isti enim pręcones quamuis intelligerent se iniustę rei causa ...itti ad Achillẽ, tamẽ iussa domini capessunt, quanquã inuiti, vt testatur Homerus per illud ἀέκοντε. Vbi non exigua agitari potest ...uæstio, Vtrum rectè à subditis iniustũ quippiã pręcipientib. Regibus obediatur in reb. politicis (nã de diuinis nullus est, nisi ἄθεος, ...ui illud afferat) Sed eam soluere videtur infrà Achilles, qui præcones ἀναιτίους huius iniustitiæ pronuntiat. Tamen modestè de ea ...atuendum puto: quia si in plerisq; ciuilibus negotijs ipsi Regi resisti potest, possumus etiam illorum mandatorum, si qua iniqua ...int, iugum aliquando excutere. Cuius rei luculentissimum habemus exemplum in Socrate, vt ipsi refert apud Platonem in Apo...gia: qui missus à triginta tyrannis in Tholum, vt cum quatuor alijs Leontem Salaminium, Salamine educerent, imperij iniqui...tem agnoscens, cæteris quatuor relictis, ipse domum abijt. Vnde ministri tyrannorum culpa omnino non videntur carere.

c τὼ μὲν ταρβήσαντε] Bene ista duo coniunguntur φόβος & αἰδὼς, quæ maioribus à minoribus exhibẽtur. Sic Helena postea dicet, ...iamum sibi δεινόν καὶ αἰδοῖον esse. Ideò Tragicus dicit δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ σωτηρίαν ἔχοντα τοῦτ' ἐπίστασο. Hinc illud Poëtæ ...iusdam apud Platonem in Euthyd. ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς. Quòd altera lectio Stasino Poëtæ tribuit. Illud tamen examinans ...ocrates è conuerso dicendum putat, ἵνα αἰδὼς ἔνθα καὶ δέος. Sed ad hunc locum nihil refert: quanquam neq, illud semper verũ est.

d οὐδέ τί μιν προσεφώνεον] Eustathius cùm quærit, cur isti præcones nunc sileant, sic respondet: Timebant siquidẽ, inquit, & Achil...m reu erebantur. Demulcere itaq; eum, & illi blandiri noluerunt, quia illud eorum regia authoritate futurum erat indignũ. Exa...erare eum verbis non ausi sunt. Sic infrà Chryses filiam recipiens tacet. Cur enim verbis ingratè secum agi conquereretur, non ...abebat, quia optato fruebatur. Gratiam item habere non poterat, quia erant adhuc illi Agamemnonis cõminationes animo alio ...postæ, sciebatq; inuitis Græcis filiam sibi restitui. Sed pace Eustathij dixerim, quod ad hunc locum attinet, argutus nimium est. ...go existimo, præcones istos regis mandatis paruisse, in quibus habebant, non vt verba cum Achille facerent (quia indignatum A...amemnonẽ dedecebat, cum eo, cui ipse erat infensissimus, velle per illos colloqui) sed vt Briseidem tantùm ex Achillis tentorio ...l se adducerent. Itaq, exacta illa obedientia, qua iussis insistunt, facto contenti, ne verbum quidem cum Achille faciunt, etiam A...illis ipsius sermone lacessiti. Vbi videre licet, quàm sit exactissimus decori obseruator Poëta, nulli ea in parte comparandus.

e χαίρετε] Intelligebat Achilles legatos & præcones iure gentium inuiolabiles, vnde non solùm ipsis non resistit, sed & clemen...r exceptos finis, cuius causa venerant, compotes facit. Quòd si in eos iniuriosus fuisset, poterat canibus illis comparari, αἳ τοῖς λί...ις οἷς ἂν βληθῶσι χαλεπαίνουσι τοῦ βάλλοντος οὐχ ἁπτόμεναι, vt dicit Plato lib. 5. de Repub. Illa porrò legatorum inuiolabilia iura quàm ...actè sint à Romanis obseruata, testantur historiæ. Si quando enim violarentur, solebant diligenter pœnas ab ijs, qui violassent, ...poscere, vt docuerunt exempla Fidenatium, Corinthiorum, Illyricorum & alia prætereà: quàm seueritatem in se etiam ipsos ex...rcebant, vt L. Manlius & L. Minutius, qui Carthaginensium legatos pulsasse dicebantur, experti sunt. Præcones autem hoc loco ...ὸς ἄγγελοι καὶ ἀνδρῶν appellantur, quòd tum in sacrificijs ministrantes interuenirent, tum in concionibus. Vel Διὸς ἄγγελοι dicuntur ...ropter diuinum illorum genus: nam voluit antiquitas eos à Mercurio descendere, vt indicasse etiam videtur Plutarchus in vi...a Andocidis.

f τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων] Egregium est patientiæ exemplum, quæ ad iniurias tolerandas viros probos præditos esse decet. Ecce ...nim Achilles vir alioqui Græcorum omnium fortissimus, vt ex Platone nuper dicebamus, Agamemnoni iniuriam inferenti nulla ...resistit, quod ex Nestoris consilio factum est, quanquam non obediente etiam Agamemnone parẽdi quoq; vinculo solutus A...illes videbatur. Sed aliud est: videtur enim, vt arbitror, intellexisse Homerus, illatam iniuriam vi propulsare, maximè cùm à ma...ribus infertur, iniuriosum esse. Rem duriorem dixisse multis forsan videbor. Sed attendite. Vulgatum illud est, naturali iure vim ...repelli posse. forsitan quia natura dissipationem sui nõ amat, & quantum potest, cauet ne destruatur: & illud sanè vtiliter in ho...inum societate permissum puto, vt praui ab iniuria inferenda magis deterreantur, cùm sibi resisti posse intellexerint. Sed illud ...odestè proculdubiò accipiendum est. Non enim existimo, licere ei, qui tibi iniuriam intulerit, vindictæ gratia aliam facere: illius ...men propulsionem æquitas ipsa permittit. Prætereà si de capite & vita agatur, ita sui amans est natura, ceu dixi, vt teipsum tue...iustissimè possis, sed modestè, id est, mortem alij idcircò non inferẽdo, adeò vt si te, illæso inimico, eripere eius impetui potueris, ...lumque nihilominus interfeceris, mortis reus censearis. Verùm ista nos ijs, qui iura ciuilia versare per otium possunt, si placet re...nquamus, donec nos aliquando in eorum spatia, vnde egressi aliquantulum sumus, redeamus. Itaq; Philosophicè hoc expenda...us. In hac porrò quæstione doctorem habeo Maximum Tyrium in Serm. 2. in quo ille subtiliter disputauit περὶ εἰ τὸν ἀδικήσαντα ...ἀνταδικητέον, cuius tota oratio eò redit, vt statuat, probum virum neq; iniuriam facere, neq; iniuriam pati non facere, quia volun...tem non habet. non pati, propter virtutem, quæ auferri, abijci, expugnari, vastarive nullo modo potest. Est enim iniuria priua...o boni: bonum autem omne in virtute consistit, nec alibi. Vnde etiam improbo viro non potest inferri iniuria, quia in eo virtus ...on est, & proinde ea non potest priuari. Sin verò præter ipsam virtutem ea quoq; bona censentur, quæ sunt corporis, quæve ex...insecus à fortuna proueniunt, ac circunstantia sunt, quandoquidem satius est, vbi ea non fuerint cum virtute coniuncta, quàm ...ongissimè ab homine abesse, his quoq; multatus iniuriam accipere non potest. Constat enim eũ his bonis spoliari, quibus alio...ui abuteretur omnino, &c. Itaq; cùm Briseis in bonis externis Achilli fuerit, ea sibi erepta, non videtur iniuriam accepisse. Hæc si ...ui nimis longè petita videbuntur, quòd ipsa etiam Achillis eam ob rem indignatio testatũ faciat, existimare eum sibi ab Agamẽ...one iniuriam fieri, ille rei nuda narratione contentus esto. In ijs enim, quæ coniectura mea assequor, libertatem amplexandi aut ...eferendi cuilibet relinquo: tamen imitanda proculdubiò est illa Achillis modestia, ijs qui alienæ subditi sunt potestati.

g οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι] Prudentiam Agamemnoni deesse ex eo concludit Achilles, quòd ex præterito iudicium futuri nō faciat, quo si præstitisset, iudicasset, planè necessarium esse ad reliqui belli confectionem Achillem, qui illius gerendi onus anteà sustinuisse Est enim prudentis viri, principia & causas rerum videre, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorare, similitudin comparare, & rebus præsentibus adiungere atque annectere futuras: hinc facilè totius vitæ cursum videt, vt est apud Latinum Pa nætium. Sic autem operatur Prudentia per cogitationem, quæ præterita memoriæ beneficio conspicit, ex quorum obseruatior facillimum est sagaci homini de præsentibus atq; adeò de futuris statuere. Ideò prudentiam quasi ὄμμα νοερὸν ὅλον ὑπαυγὲς Iambl. chus appellauit. & Theages περὶ ἀρετῶν, ἐν τῷ θεωρεῖν καὶ κρίνειν γίνεσθαι τὰν φρόνασιν dixit.

h αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς δακρύσας,] Lachrymarum profusio animi est facilis & mitis, vnde prouerbio viri lachrymabiles boni appella sunt: contrà, quibus dura sunt præcordia, illachrymabiles dici possunt, qualem fecit Plutonem Latinus Lyricus, quam duritiem Aenea Dido significauit, quòd lachrymas victus non dedisset. Menelaus etiam apud Euripidem in Helena, viri ingenui esse in ca lamitatibus lachrymari, sic dicit, λέγουσιν ὡς πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς ἐν ξυμφοραῖσι δάκρυ ἀπ' ὀφθαλμῶν βαλεῖν. Lachrymas etiam ex eo cō mendabat Euripides in Oenomao, quòd animi dolores leuarent, ἀλλ' ἔστι γὰρ δὴ καὶ ἐν κακοῖσιν ἡδονὴ θνητοῖς ὀδυρμοί, δακρύων τ' ἐπιρροαὶ ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους. Idem in Oeneo, ἀμουσίαν esse dicit, μηδ' ἐπ' οἰκτροῖσι δάκρυ στάζειν. Vid tur tamen viro eoq; forti, qualis est Achilles Homericus, indignæ lachrymæ, & muliercularum potiùs aut puerorum mollities r dolere. Vnde sic est Plato 3 de Repub. locutus, Ὀρθῶς ἄρα ἐξαιροῖμεν τοὺς θρήνους τῶν ὀνομαστῶν ἀνδρῶν. γυναιξὶ δ' ἀποδιδοῖμεν, καὶ οὐδὲ ταῦτα σπουδαίαις, καὶ ὅσοι κακοὶ τῶν ἀνδρῶν. & paulò pòst: Πάλιν δὴ Ὁμήρου τε δεησόμεθα καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν, μὴ ποιεῖν Ἀχιλλέα θεᾶς παῖδα. Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενον, &c. μηδὲ οὕτω κλαίοντά τε καὶ ὀδυρόμενον ὅσα καὶ οἷα ἐκεῖνος ἐποίησε. Itaq; hoc Achillis dedecus Poeta texit, cùm e à reliquorum cœtu separat, turpe enim fuisset eum, qui armis non vincebatur, sic ab ista perturbatione vinci, vnde poterat fortitu dini suæ non leuem maculam inurere. Sed & aliàs Agamemnonē & Patroclum flentes in hoc Poëta videbimus. Et in ipsa histor Alexander etiam Magnus lacrymasse in Nearchi & Archiæ reditu memoratur, vt prodidit Arrianus in Indicis.

Ὣς φάτο δάκρυ χέων. τοῦ δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ,
Ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι·
Καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς, ἠΰτ' ὀμίχλη·
Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο δάκρυ χέοντος,
Χειρί τέ μιν κατέρεξεν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε.
Τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος;
Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω.
Τὴν δὲ βαρυστενάχων προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς,
Οἶσθα· τί ἤ τοι ταῦτ' εἰδυίῃ πάντ' ἀγορεύω;
a Ὠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος,
Τὴν δὲ διεπράθομέν τε καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα·
Καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν,
Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρηον·
Χρύσης δ' αὖθ' ἱερεὺς ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος,
Ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,
Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,
Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ· καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιοὺς,
Ἀτρείδα δὲ μάλιστα, δύω κοσμήτορε λαῶν·
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ
Αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα·
Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ.
Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε,
Χωόμενος δ' ὁ γέρων, πάλιν ᾤχετο. τοῖο δ' Ἀπόλλων
Εὐξαμένου ἤκουσεν, ἐπεὶ μάλα οἱ φίλος ἦεν·
Ἧκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος, οἱ δέ νυ λαοὶ
Θνῆσκον ἐπασσύτεροι· τὰ δ' ἐπῴχετο κῆλα θεοῖο
Πάντῃ ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν. ἄμμι δὲ μάντις
Εὖ εἰδὼς ἀγόρευε θεοπροπίας ἑκάτοιο·
Αὐτίκ' ἐγὼ πρῶτος κελόμην θεὸν ἱλάσκεσθαι.
Ἀτρείωνα δ' ἔπειτα χόλος λάβεν· αἶψα δ' ἀναστὰς
Ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί.
Τὴν μὲν γὰρ σὺν νηῒ θοῇ ἑλίκωπες Ἀχαιοὶ
Ἐς Χρύσην πέμπουσιν, ἄγουσι δὲ δῶρα ἄνακτι.
Τὴν δὲ νέον κλισίηθεν ἔβαν κήρυκες ἄγοντες
Κούρην Βρισῆος, τήν μοι δόσαν υἷες Ἀχαιῶν·
Ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαί γε, περίσχεο παιδὸς ἑῆος.
Ἐλθοῦσ' Οὔλυμπον δὲ Δία λίσαι, εἴ ποτε δή τι
b Ἢ ἔπει ὤνησας κραδίην Διὸς, ἠὲ καὶ ἔργῳ.
Πολλάκι γάρ σεο πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄκουσα
c Εὐχομένης, ὅτ' ἔφησθα κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Οἴη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι,
Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,

Sic dixit lachrymās: hūc. a. exaudiuit venerāda m
Sedens in profunditatib. maris apud patrē senē. (te
Statim autem prodyt è cano mari, velut nebula:
Et ante ipsum sedit lachrymantem,
Manuq; ipsum demulsit, itaq; locuta est.
Fili quid fles? quis verò tibi mentē inuasit mæror
Dic, ne celes in animo, vt sciamus ambo. (Achille
Hāc aūt grauiter suspirās allocutus est pedes velo
Nosti: cur tibi hæc scienti omnia dicam?
Iuimus in Theben sacram ciuitatem Eëtionis,
Hanc euertimus & adduximus huc omnia:
Et hæc quidē benè diuiserunt inter se filij Achiuor
Elegerunt autem Atridæ Chryseida pulchrigenam:
Chryses aūt postea sacerdos longè iacientis Apollin
Venit ad veloces naues Achiu. ferrea tunica indutor
Liberaturusq; filiā, ferēsq; infinita precia liberationi
Coronāq; habens in manib. longè iacientis Apollini
Aureo cum sceptro; & precabatur omnes Achiuos:
Atridas autē maximè, duo moderatores populorum
Tunc alij quidem omnes comprobarunt Achiui,
Venerādūq; esse sacerdotē, et splēdida accipiēda pcial.
Sed non Atridæ Agamē. placuit animo. (berationi
Sed malè dimisit, durumq; verbum mandauit.
Iratus aūt senex retrò abiuit: hunc autem Apollo
Precantē exaudiuit, quoniam valdè illi amicus erat
Misit autem in Argiuos malā sagittā: populi autem
Moriebantur frequentes: ibant autem spicula Dei
Vbiq; per exercitū latum Achiuorum: nobis. a. vate
Benè sciens cōcionabatur vaticinationes lōgè iaciētis
Statim ego primus hortabar Deum placari.
Atridem autem postea ira cepit: statim aūt exurgen
Minatus est verbum, quod iam perfectum est.
Illam quidem enim cū naui veloci nigrioculi Achiu
Ad Chrysem mittunt: ducunt autem dona regi.
Hanc autem nuper è tentorio iuerūt præcones ducēte
Puellam Brisei, quam mihi dederant filij Achiuorū
Sed tu, siquidem potes, auxiliare filio tuo.
Vadēs ad Olympū Iouem precare, si vnquam aliqui
Vel verbo iuuisti cor Iouis, vel etiam opere.
Sæpè enim te patris in ædibus audiui
Gloriātē, quū dicebas à faciēte nigras nubes Saturni
Solam inter immortales crudelem cladem auertisse
Quando ipsum colligare cœlestes voluerunt alij,

Ἤ ῥ

Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ [d] * Παλλὰς Ἀθήνη·	Iuno & Neptunus & Pallas Minerua,
ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐλθοῦσα θεὰ ὑπελύσαο δεσμῶν,	Sed tu quũ venisses, ipsum Dea liberasti à vinculis,
ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,	Statim Cẽtimanum vocans in magnum Olympum,
ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, [e] ἄνδρες δέ τε πάντες	Quem Briareum vocant dij, viri autem omnes,
Αἰγαίων'· ὁ γὰρ αὖτε βίη [f] οὗ πατρὸς ἀμείνων·	Aegæonẽ. hic .n. duplo rursus virib. suo patre præstã-
ὅς ῥα παρὰ Κρονίωνι καθέζετο κύδεϊ γαίων·	Qui apud Saturnium sedebat eo honore lætus: (tior,
τὸν καὶ ὑπέδδεισαν μάκαρες θεοί, οὐδέ τ' ἔδησαν.	Hunc & exhorruerũt immortales dij, neq; ligauerũt.
τῶν νῦν μιν μνήσασα παρέζεο, καὶ λαβὲ γούνων,	His nunc illi in memoriã reuocatis aßide, & prehẽde
αἴκεν [g] πως ἐθέλησιν ἐπὶ Τρώεσσιν ἀρῆξαι,	Si aliquo modo velit Troianis auxiliari: (genua,
τοὺς δὲ κατὰ πρύμνας τε καὶ ἀμφ' ἅλα ἔλσαι Ἀχαιοὺς	Ad puppes verò vsq; & ad mare expellere Achiuos
κτεινομένους, [h] ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος,	Cæsos, vt omnes fruantur rege,
γνῷ δὲ καὶ Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων	Noscat autẽ & Atrides latè dominans Agamemnon
ἣν ἄτην, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισε.	Suũ detrimentũ, qđ fortißimũ Achiuor. nihili fecit.

* Φοῖβος Ἀπόλλων.

COMMENTARIVS.

a ᾠχόμεθ' ἐς Θήβην] Exponit Thetidi matri Achilles causam suarum lacrymarum, inde à capite narrationem totius negotij arcessens, in qua breuis erit superiorum omnium ἀνακεφαλαίωσις. Quod autem hîc de Chryseide Thebis capta dicitur, sequutus est eum Strabo lib 13. Sed Dictys in historia videtur indicare, abductam eam esse ex Lyrneso. Cæterùm Achilles, inquit, haud contẽtus eorum quæ gesserat, Cilicias aggreditur: ibiq; Lyrnesum paucis diebus pugnando cepit. Interfecto dein Ectione (lego Eetione, vt est hîc apud Homerum) qui his locis imperitabat, magnis opibus naues replet, abducens Astynomen Chrysis filiam, quæ tempore Regi denupta erat, &c. Vnde etiam colligo, malè forsan ab alijs dici Astynomem Thebas (intellige autem Hypoplacis) missam à Chryse tanquam in aliquod propugnaculum, vel, vt voluit author Cypriorum carminum, ad festum Veneris, cùm historia testetur, eam regis Eetionis vxorem fuisse.

b ἤ ἔπει ὤνησας] Thetis Ioui duobus modis profuit. primùm ἔπει, cùm videlicet reliquorum Deorum insidias ipsi detexit. deindè ἔργῳ, cùm Briareum Ioui auxiliaturum in cœlum adduxit, vt paulò pòst Vlysses narrabit. Ad quæ omnia aures sunt nobis omnino obturandæ, quia sacrosancta diuinitate indigna sunt. Sic enim prudentia, vel potiùs prouidentia, pater ille Deorum destituetur, quippe cui monitore opus ad insidias illi vindicandas fuerit. Deinde cùm non suum illi robur sufficeret, humanum fuerit aduocandum auxilium (quanquam Phornutus per Thetidem prouidentiam, per Briareum diuinam potentiam interpretetur.) Quare id in vniuersa poësi vitiosum est, quòd Dij non diuinitùs, sed humanitùs describantur.

c οἴη ἀρῆς] Eustathius vult hîc à Poëta subobscurè mores muliercularum describi, quæ si quid generosè aut fortiter gesserint, quod rarum tamen est, illud subinde prædicare non cessant. Sed potest etiam hac inani iactantiæ labe carere Thetis, quam hoc factum narrasse sæpe contigerit alia de causa, vt solent viri etiam prudentes interdum multa de suis virtutibus prædicare: quanquam non valde repugno, vt Eustathio subscribatur, & ita simile erit, quod Plutarchus de Cicerone commemorat, qui suam in Catilinaria coniuratione diligentiam fastidiosè satis inter Romanos commemorabat, quod ille non necessariò, sed gloriæ tantùm studio præstare credebatur.

d Παλλὰς Ἀθήνη] Quidam legebant Φοῖβος Ἀπόλλων, sed Phornutus vulgarem lectionem agnoscit.

e ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί,] Vsitatum est apud Homerum, vt quibusdam rebus duplex nomen imponat: quorum altero Dij, altero homines vtantur. cuius rei hoc loco est exemplum. Item alibi Dij Xanthum fluuium appellabunt, quem homines Scamandrum, auem quandam Dij χαλκίδα quam homines κύμινδιν. In Odyssea verò soli Dij τὸ μῶλυ vocant, quod hominibus planè est incognitum. De hac porrò diuersa nominum ratione sic est apud Platonem. Ἑρ. καὶ τί λέγει ὦ Σώκρατες, Ὅμηρος περὶ ὀνομάτων; καὶ ποῦ; Σω. πολλαχοῦ· μέγιστα δὲ καὶ κάλλιστα, ἐν οἷς διορίζει ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἅ τε οἱ ἄνθρωποι ὀνόματα καλοῦσι καὶ οἱ θεοί. ἢ οὐκ οἴει αὐτὸν μέγα τι καὶ θαυμάσιον λέγειν ἐν τούτοις περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος; δῆλον γὰρ δὴ ὅτι οἵ γε θεοὶ αὐτὰ καλοῦσι πρὸς ὀρθότητα, ἅπερ ἐστὶ φύσει ὀνόματα· ἢ σὺ οὐκ οἴει; Ἑρ. εὖ οἶδα μὲν οὖν ἔγωγε, εἴπερ καλοῦσιν, ὅτι ὀρθῶς καλοῦσιν. Hoc autem in Homero vellicat Dio Chrysostomus orat. 11 quasi Homerus hoc sibi vendicare voluerit, vt præter cæteros homines Deorum linguas intelligere crederetur: cuius integrum locum inf. lib. 14 recitabimus.

f οὗ πατρὸς ἀμείνων] Rarum est, vt patrum virtutes à filijs superentur, iuxta illud Hesiodi, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. Accidit tamen, hoc loco in Briareo, qui robore Neptunum patrem dicitur antecellere. Zenodotus tamen hunc versus finem cum versu sequente integro sic legebat, vt refert Eustathius, πολὺ φέρτερος ἁπάντων Ὁππόσοι ναίουσιν ὑπὸ τάρταρα δυερόεντα: in quo videtur ratio carminis non seruari, vnde H. Steph. sic legi posse existimabat, Αἰγαίωνα, ὁ γὰρ πολὺ φέρτερός ἐστιν ἁπάντων Ὁππόσσοι ναίουσ' ὑπὸ τάρταρα δυερόεντα. Sed cùm vtiq; Zenodoti correctiones nihili ferè sint, ideò ista anxiè non conabimur restituere, poteram enim alio modo versus illos scribere quàm Stephanus.

g αἴκεν πως ἐθέλησιν] Obseruat historia summo studio in Græcorum omnium commoda Achillem incubuisse, quæ etiã in Briseide lubenter concedenda procurarit, posteà tamen illud deposuisse, in cuius locum perniciem illorum iam moliri incipit. Petit enim vt Thetis à Ioue impetret auxilium pro Troianis aduersus Græcos, neque tamen illud in alium petit finem quàm vt Græci cũ sua iactura discãt quantum præsidium cõtempserint: quo si non caruissent, non ita à Troianis fuissent profligati, vnde summo cũ honore, ab ijs qui dedecus ipsi intulerant, necessariò ipse reuocetur. Plus autem tradit Dictys, scilicet Achillem Græcis insidias struxisse, his verbis: Iamq; Græci, inquit, regressi ad naues, arma deponere, ac singuli per loca solita corpus cibo curare occeperant: cum Achilles vltum iri cupiens iniurias, ignaros consilij sui nostros, & ob id ociosè agentes, clàm inuadere tentat. At vbi Vlysses à custodibus, qui eruptionem eius præsenserant, rem comperit, properè duces circumcursans cum magna voce monet, atque hortatur vti armis arreptis tuerentur sese, &c.

h ἵνα πάντες ἐπαύρωνται] Nihil aliud quærit Achilles quàm vt cum Græcorum dispendio gloriæ suæ faciat compendium, quod quidem minimè laudandum, minusq; probo viro imitandum est.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Θέτις κατὰ δάκρυ χέουσα·	Huic respõdit deinde Thetis, lachrymas effundẽs,
ὤ μοι τέκνον ἐμόν, τί νύ σ' ἔτρεφον αἰνὰ τεκοῦσα;	Heu fili mi, cur te enutriui duro fato pariens?
αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων	O' vtinam apud naues sine lachrymis & sine noxa,
ἧσθαι, ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔ τι μάλα δήν.	Sederes, quoniã tibi fatũ paululũ neq; multùm diu:
νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων	Nunc aũt & citò moriturus & ærumnosus supra oẽs
ἔπλεο· τῷ σε κακῇ αἴσῃ τέκον ἐν μεγάροισι.	Es, idcirco te malo fato peperi in ædibus.
τοῦτο δέ τοι ἐρέουσα ἔπος Διὶ τερπικεραύνῳ	Hoc autem dictura verbum Ioui gaudenti fulmine
εἶμ' αὐτὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀγάννιφον, αἴκε πίθηται.	Vado ipsa in Olympũ valdè niuosum, si persuadeatur.
ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισι,	Sed tu quidem nunc nauibus aßidens velocibus
μήνι' Ἀχαιοῖσιν, πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν.	Irascere Achiuis, bello autem abstine omnino.

* μετὰ μέμνονας. [b] Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν * μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. (θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο)
Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὔλυμπον δέ·
Καὶ τότ' ἔπειτά τοι εἶμι Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ,
Καί μιν γουνάσομαι, καί μιν πείσεσθαι ὀΐω.

Iuppiter enim in Oceanū ad inculpatos Aethiopas
Hesternus iuit ad cōuiuiū (dij aūt simul oēs sequuti
Duodecima autem rursus veniet ad cælū: (sunt.)
Et tunc postea vadam Iouis ad ænea basis domum:
Et ipsius genib. aduoluar, & me ipsū psuasurū puto.

COMMENTARIVS.

a ὤκα μινυνθά περ] Philostratus Iunior in Imaginibus memorat Thetidem à Nereo patre accepisse hoc responsum de Achillis fato, eum videlicet aut sine gloria victurum. Aut cum gloria breuissimè moriturum. Itaq; cum ab ipsa inter Lycomedis filias in Scyro occultatum, vbi à reliquis quidem pro filia est semper habitus (muliebribus enim vestibus virilem sexum dissimulabat) maximæ autem natu amore infando potitus. Sed cùm Troia capi sine Achille non posset, missus est Vlysses cum Diomede ad eum perquirendum: qui tandem Vlyssis dolo deprehensus (vt ipse apud Ouid. 13. Metam. exponit) Troiam venit. quod planè gloriam & decus Achilli erat comparaturū, sed cum vitæ dispendio iuxta Nerei (vel potius Iouis) oraculum. Vnde potest intelligi, cur hoc loco Thetis se Achillem breuis vitæ genuisse dicat. Hoc suum autem fatum exponet ipse Achilles infrà lib. 9. Iliad. Ostendit hîc porrò Thetis verè maternum animum erga filium.

b Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν] De hoc loco sic Strabo lib. 1, ὅταν οὖν φῇ, Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν, &c. κοινότερον λεκτέον, καὶ τὸν ὠκεανὸν τὸν καθ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα πεπταμένον καὶ τοὺς Αἰθίοπας. ᾧ γὰρ ἂν τόπῳ τοῦδε τοῦ κλίματος προσβάλοις τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπὶ τοῦ ὠκεανοῦ ἔσῃ καὶ ἐπὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ. Sed ista quoq; alius erunt loci. Cæterùm quomodo sit hic locus intelligēdus, docet Eustathius, primùm historicè, deinde mythologicè. Illud amplecti tutius est. Itaq; narrant in Diospoli, quæ est Aegypti ciuitas, esse Iouis templum maximum, vnde Aethiopes Iouis sculptum simulacrum accipientes, & aliorum quoq; Deorum simul, certo quodam tempore totam Libyam circūeunt, & conuentus istos generales per totos duodecim dies concelebrant, quòd tot sint apud ipsos Dij. Itaque Poëta huius consuetudinis non ignarus, vt quem Aegyptium esse quidam dixerint, fingit hoc loco peregrinationem Iouis duodecim dierum, e historia ad figmentum deueniens. Sanè hoc mihi longè acceptius est, quàm tot nugæ mythologicæ, quæ tametsi quibusdā sapiāt, à me insipidiores non fient. Illas tamen in commentarios meos infarcire nolui, nisi si quæ ad mores faciunt, aut aliàs etiam nō omnino absurdæ sunt. Sed vt ad rem: Aegyptios inquit Diodorus Siculus lib. 3. non solùm primam hominum originem, sed diuini cultus inuentionem sibi vendicare. Verba illius afferemus, quia ad hunc locum etiam faciunt. Φασὶ δὲ (Αἰγύπτιοι) inquit, παρ' αὐτοῖς πρώτοις καταδειχθῆναι θεοὺς τιμᾶν καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν καὶ πομπὰς, καὶ πανηγύρεις, καὶ τἄλλα δι' ὧν ἄνθρωποι τὸ θεῖον τιμῶσι· διὸ καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς εὐσέβειαν διαβεβοῆσθαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ δοκεῖ τὰς παρ' Αἰθίοψι θυσίας μάλιστ' εἶναι τῷ δαιμονίῳ κεχαρισμένας. μάρτυρα δὲ τούτων παρέχονται τὸν πρεσβύτατον σχεδὸν καὶ μάλιστα τῶν ποιητῶν θαυμαζόμενον παρ' Ἕλλησι (Homerum intelligit hoc loco) τοῦτον γὰρ κατὰ τὴν Ἰλιάδα παρεισάγειν τόν τε Δία καὶ τοὺς ἄλλους μετ' αὐτοῦ θεοὺς ἀποδημοῦντας εἰς Αἰθιοπίαν. πρός τε τὰς θυσίας τὰς ἀπονεμομένας αὐτοῖς κατ' ἔτος καὶ εὐωχίαν κοινὴν παρ' αὐτοῖς τοῖς Αἰθίοψι· Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν, &c. Cur autem Aethiopes ἀμύμονας appellet, causam veram esse puto, quòd hîc de pijs loquatur, qui in cultu diuino occupantur. Nam & alioqui idem Diodorus testatur, quosdam Aethiopum (quos ideò non potest ἀμύμονας Poëta vocare) nullos censere esse Deos, ideoque Solem orientem vt hostem, in loca palustria fugientes, execrari. Sunt qui scribant μετὰ μέμνονας, vt ad marginem annotaui, dicuntque, quosdam Aethiopas sic appellari à Memnone, filio Tithoni & Aurora: Sed lectio vulgata est apud Strabonem & Diod.

Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἀπεβήσατο. τὸν δ' ἔλιπ' αὐτοῦ
[a] Χωόμενον κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικὸς,
Τήν ῥα βίῃ ἀέκοντος ἀπηύρων. [b] αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
[c] Ἐς Χρύσην ἵκανεν ἄγων ἱερὴν ἑκατόμβην.
Οἱ δ' ὅτε δὴ λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς ἵκοντο,
Ἱστία μὲν στείλαντο, θέσαν δ' ἐν νηῒ μελαίνῃ·
Ἱστὸν δ' ἱστοδόκῃ πέλασαν, προτόνοισιν ὑφέντες,
Καρπαλίμως τὴν δ' εἰς ὅρμον προέρυσσαν ἐρετμοῖς,
Ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν·
Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης·
Ἐκ δ' ἑκατόμβην βῆσαν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι.
Ἐκ δὲ Χρυσηῒς νηὸς βῆ ποντοπόροιο.
Τὴν μὲν ἔπειτ' ἐπὶ βωμὸν ἄγων πολύμητις Ὀδυσσεὺς
Πατρὶ φίλῳ ἐν χερσὶ τίθει, καί μιν προσέειπεν·
Ὦ Χρύση, πρό μ' ἔπεμψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
Παῖδά τε σοὶ ἀγέμεν Φοίβῳ θ' ἱερὴν ἑκατόμβην
Ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν, ὄφρ' ἱλασόμεσθ' ἄνακτα
Ὃς νῦν Ἀργείοισι πολύστονα κήδε' ἐφῆκεν.
Ὣς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει. ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων
Παῖδα φίλην· τοὶ δ' ὦκα θεῷ κλειτὴν ἑκατόμβην
Ἑξείης ἔστησαν ἐΰδμητον περὶ βωμόν.
[d] Χερνίψαντο δ' ἔπειτα καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.
Τοῖσιν δὲ Χρύσης μεγάλ' εὔχετο χεῖρας ἀνασχών.
Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.
Ἤδη μέν ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο,
Τίμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν·
Ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ,
Ἤδη νῦν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.

Sic vtiq; locuta abijt: hunc autem reliquit ibi
Iratum in animo propter formosam mulierem,
Quam vi ab inuito abstulerant. Sed Vlysses
In Chrysen peruenit, ducens sacram hecatomben
Qui quādo portū valdè profundū intrapuenerū
Vela quidem collegerūt, posueruntq; in naui nigr.
Malū aūt thecæ accōmodarūt, rudentib. dimittēt.
Statim, hanc autem in portum protraxerūt remi
Anchoras eiecerunt, ac puppes ligauerunt:
Verùm & ipsi exierunt in littus maris,
Et hecatombē exposuerunt longè iacienti Apollin
Sed & Chryseis naui exiuit pontigrada.
Hanc quidē postea ad altare ducens prudēs Vlysse
Patri charo in manib. posuit, & ipsum allocutus es
O Chryse, præmisit me rex virorū Agamemnon
Filiamq; tibi vt ducerē, Phœboq; sacrā hecatomb
Facerem pro Danais, vt placemus regem,
Qui modò Argiuis multi suspirij dolores immisit.
Sic dicens, in manib. posuit: hic. a. suscepit gaud
Filiā dilectā, hi autē statim deo inclytā hecatom
Ordine statuerunt benè ædificatum circa altare.
Manus lauarunt postea, & fruges salsas sumpserū
His autem Chryses valdè precabatur manus eleuā
Audi me argenteū arcū habēs, qui Chrysen tuer
Cillamq; valdè diuinā, Tenedoq; fortiter impera
Iam quidē aliquādo me antea exaudisti precant
Honorasti quidē me: valdè aūt læsisti populū Ach
Item & nunc mihi hoc perfice desiderium, (nor
Iam nunc à Danais sæuum exitium remoue.
Sic dixit orans, hunc autem exaudiuit Apol

COMMENTARIVS.

a χωόμενον κατὰ θυμὸν] Siquidē Thetis anteà ad iram Achillem excitabat his verbis: ἀλλὰ σὺ μὲν νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισι Μήνι᾽ Ἀχαιοῖσιν· πολέμου δ᾽ ἀποπαύεο πάμπαν.

b αὐτὰρ ὀδυσσεὺς] Post interiectum hyperbaton de abducta Briseide & Achillis colloquio cum Thetide, redit ad omissam narrationem de reducta ad patrem Chryseide.

c ἐς χρύσην ἵκανεν] Strabo lib. 13. docet, quænam Chrysa sit hîc intelligenda, nempe in Ciliciæ parte, quæ Adramyttena vocatur, quòd ad mare sitam indicet Homerus, & prope Thebam. vnde Chryseis erat abducta. Itaq; falli eos, qui Chrysam ad Hamaxitum intelligunt, cùm in ea nullus sit portus. Homerus autē dicat, Οἱ δ᾽ ὅτε δὴ λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς ἵκοντο. Neq; illic templum ad mare sit, contra expressam Homeri descriptionem in his verbis, ἐκ δ᾽ χρυσηὶς νηὸς βῆ ποντοπόροιο, &c. Neq; prope Thebam, vt Homerica. Deinde quòd nauigatio à Cilicia Chrysa ad Naustathmon sexaginta ferè sit stadiorum (apud Eustathium legitur ἑπτακόσια pro ἑξήκοντα apud Strabonem) vnius diei, quantam videtur Vlysses confecisse. Nam egressus naue, statim sacrificium Deo præbet: deinde, vespera occupante, ibi pernoctat, manè auehitur. Ab Hamaxito autem vix tertium eius interualli est: itaq; sic licuisset Vlyssi sacris operato eadem die ad Naustathmum redire. Quanquam hæc ratio non sufficeret, cùm dici possit, Vlyssem totam diem in sacrificio occupatum fuisse, vt & Homerus postea docet, οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο.

d χερνίψαντο] De hac consuetudine lauandi ante sacrificium suprà diximus, & aliàs etiam copiosiùs dicturi sumus. Quòd autē addit οὐλοχύτας ἀνέλοντο, indicat consuetudinem aspergendi οὐλοχύτας id est (molam salsam altaribus quidam dicunt inter cornua hostiæ, vt infrà annotabimus) antequam fieret hecatombe. ἐποίουν δὲ τοῦτο, inquit Eustathius, ἢ πολυωφελείας καρπῶν οἰωνιζόμενοι, ὧν ἀπαρχαὶ οἷον αἱ οὐλαὶ αὐταὶ προσήγοντο, ἢ ἄλλως διὰ τὸ πρὸς θεοὺς ... ὑπὲρ τοῦ εἰς τὸ ζῆν διεγείρεσθαι ... βαλανηφαγεῖν, καὶ τῆς ... δρυκόλων ἀπαλλαγέντες τροφῆς, εἰς ἥμερον βίον τὸν ἐκ τῶν ... μετέ... κριθὰς προσ... ἥμερον &c. Quæ vt vera sint per me, tamen ampliùs de hac re dicendum est. Itaq; sciendum solitos veteres victimarum voluntatem (diligenter enim obseruabatur, vt victimæ non reluctarentur, alioqui tanquam Dijs minimè gratæ ab aris remouebantur) molarum inspersione probare. Fiebat autem illa inspersio inter cornua hostiæ, eam mactam esse significantes, etenim si non obstupuisset ideò, aut commoueretur, idonea ad sacra facienda existimabatur, & illum ... ctum Immolationem appellarunt Latini, quod Horatius lib. 2. Sermon. Eclog. 3. exprimit: Tu, cùm pro vitula statuis dulcem Aulide natam Ante aras, spargisq; mola caput, improbe, salsa, Rectum animi seruas, &cæt. Hinc ergo potest intelligi, cur dicat Homerus καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο. Quid præterea περὶ οὐλοχυτῶν sciendum sit, ibi obseruabimus.

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ᾽ εὔξαντο, καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο,	*Sed postq̄ precati sunt, & fruges salsas proiecerunt,*
* Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν,	*Retrotraxerūt q. dē primū et iugularunt, & excoria-* (rūt,
μηρούς τ᾽ ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,	*Coxasq; secuerunt, ... ruinaq; cooperuerunt,*
δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ᾽ αὐτῶν δ᾽ ὠμοθέτησαν.	*Duplicata facientes, super ipsis a. cruda posuerunt.*
καῖε δ᾽ ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων, ἐπὶ δ᾽ αἴθοπα οἶνον	*Adolebat a. in assulis senex, super aūt rubrum vinū*
λεῖβε· νέοι δὲ παρ᾽ αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.	*Libabat, iuuenes autem apud ipsum tenebāt verua quinq; ordines habentia manibus.*
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ᾽ ἐκάη, καὶ σπλάγχν᾽ ἐπάσαντο,	*Sed postquā coxæ adustæ sunt, & viscera gustarunt,*
μίστυλλόν τ᾽ ἄρα τἆλλα καὶ ἀμφ᾽ ὀβελοῖσιν ἔπειραν,	*Ac minutatim secuerunt alia, & in verub. trasfixe-* (runt,
ὤπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα.	*Assarunt accuratè, traxeruntq; omnia.*
Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα	*Cæterum vbi quieuerunt à labore, præparaueruntq; conuiuium,* (quali.
δαίνυντ᾽. * οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.	*Conuiuati sunt: neq; in aliquo animus indiguit cibo æ-* — γρ. ἐδ᾽ ἐπ
Αὐτὰρ ἐπεὶ [e] πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,	*Sed postquam potus & escæ desiderium exemerunt,*
κοῦροι μὲν [d] κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο·	*Pueri quidem crateras coronauerunt vino.*
νώμησαν δ᾽ ἄρα πᾶσιν, ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν.	*Distribueruntq; omnibus, incipientes poculis.*
Οἱ δὲ πανημέριοι [e] μολπῇ θεὸν * ἱλάσκοντο,	*Hi autem totam diem cantu Deum placabant,* — γρ. ἱλάσκαν
καλὸν ἀείδοντες Παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν,	*Lætum canentes Pæana pueri Achiuorum,* (audi-) — τὸ Καλὸν ἀεί δοντες παιήονα κ. Ἀχαιῶν. Μιλ.
μέλποντες ἑκάεργον, ὁ δὲ φρένα τέρπετ᾽ ἀκούων.	*Canentes longè operantē, is aūt mentē delectabatur*
Ἦμος δ᾽ ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,	*Quando autē sol occidit, & crepusculū superuenit,*
δὴ τότε κοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός.	*Tunc sanè dormiuerūt iuxta rudētes nauis.* (rora:
Ἦμος δ᾽ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,	*Quando. a. manè genita apparuit rosea digitos au-*
καὶ τότ᾽ ἔπειτ᾽ ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν.	*Et tunc reducti sunt ad exercitum latū Achiuorum.*
Τοῖσιν δ᾽ ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων.	*His aūt concitatū ventū misit longè iaculās Apollo.*
Οἱ δ᾽ ἱστὸν στήσαντ᾽, ἀνά θ᾽ ἱστία λευκὰ πέτασσαν·	*Hi verò malū erexerūt, supraq; vela alba extēderūt.*
ἐν δ᾽ ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον, ἀμφὶ δὲ κῦμα	*Ventus aūt inflabat medium velū, circum aūt vnda*
στείρῃ πορφύρεον μεγάλ᾽ ἴαχε νηὸς ἰούσης·	*Carinam nigra valdè resonabat, naui eunte.*
ἡ δ᾽ ἔθεεν κατὰ κῦμα διαπρήσσουσα κέλευθα.	*Hæc autem currebat per vndam pertransiens vias.*
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ᾽ ἵκοντο κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν,	*Sed postquā venerūt ad exercitum latum Achiuorū,*
νῆα μὲν οἵ γε μέλαιναν ἐπ᾽ ἠπείροιο ἔρυσσαν	*Nauē quidem hi nigram in continentem traxerunt*
ὑψοῦ ἐπὶ * ψαμάθοις, ὑπὸ δ᾽ ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν,	*In summā arenā, ac longuria longa subextenderunt,* — γρ. ψαμάθῳ
αὐτοὶ δ᾽ ἐσκίδναντο κατὰ κλισίας τε νέας τε.	*Ipsi autem sparsi sunt per tentoriaq; nauesq;*

COMMENTARIVS.

a αὐτὰρ ἐπεὶ] Qui Homerum virtutum omnium parentem appellauit (appellauit autem Iustinianus Imperator) omnino numeris absolutam veritatem elocutus est. Ecce enim vt alia, quæ suis locis singula explicantur, taceam, impræsentiarum temperantiæ exemplum, quam ipse in omnibus Heroum conuiuijs proponit. Nullas enim repetitiones aut ingurgitationes inducit, sed vsum ciborum & potus, quantum ad necessitatem sufficit. Qua de re sic Athenæus, vel potius Athenæi Epitome lib. 1, τοὺς ἀνθρώπους δὲ ποιεῖ (Ὅμηρος) inquit, ... αὐτοὺς ... σφαῖρος ... τῆς διαίτης ... ἀλλ᾽ ὡς οἱ ... Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Et paulò pòst ... τοῖς ... ἀφηγήσαντες εἶναι τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχάς. Quibus verbis commendantur heroes

heroës Homerici ab optima tum corporis tum animi valetudine, quam ex temperanti victus ratione contrahebant. Res imit[a]tione omnino digna ijs præcipuè, qui magistratum gerunt, aut regia dignitate præfulgent. Id Socrates, quem Homeri discipulu[m] rectè appellauit Dion Chrysostomus Orat.56. accuratissimè obseruauit, σίτῳ μὲν γὰρ, vt est apud Xenoph. ἀπομνημ. lib. 1, τοσούτῳ ἐχρῆτο ὅσον ἡδέως ἤσθιε· καὶ ἐπὶ τούτῳ οὕτως παρεσκευασμένος ᾔει, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι. ποτὸν δὲ πᾶν ἡδὺ ἦν αὐτῷ, διὰ τὸ μὴ πίνειν εἰ μὴ διψῴη, &c. Vide Clem. Alex. Pædag. lib. 2. Cur autem δαῖτα ἐΐσην appellauerit, docet Athenæi Epitome eodem loco, & nos i[n] voce δαιτὸς quoq; explicabimus.

b αὖ ἔρυσαν] Notandus est mos Græcorum. Nam cùm superis sacrificabant, hostiam ita disponebant, vt cœlum intueretur, quo[d] appellatum est αὖ ἐρύειν, vel vno vocabulo αὐερύειν. Vnde Sophocles dixit, αὐωτρέπτων ἔσφαζον. Sin verò heroibus aut Dijs inferis sa[-]cra facerent, hostia capite demisso in terram iugulabatur. Porrò totus penè sacrificiorum ritus ex hoc loco Homerico intelligi po[-]test, vt longiore opus non sit ad eam rem explicatione, si quis modò diligenter omnia expenderit. Illa tamen omnia latiùs pers[e]quuntur Lycophronis & Apollonij interpretes, quæ omnia studiosè collegit Natalis Comes Mythologiæ lib. 1, cap. 10.

c πόσιος καὶ ἐδητύος] Cur potum cibo præposuerit, alteram ex duabus causis esse putat Eustathius: vel enim, inquit, fortuitò fa[-]ctum est: vel, quia sitis fame sit potentior, id est, ὅτι βιαιότερον ἡ δίψα τῆς πείνης. sed ego versus causa factum arbitror. Et alioqui obse[r]uandum est, vtriusque commistionem nutritioni necessariam Homerum agnouisse, & vtrumq; frugalibus viris solet tribuere. S[ic] Vlyssem Iliad. τ. facit συνάπτοντα τὴν ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ οἴνου ὠφέλειαν. Ὅς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς, τῷ δὲ καθαρίζομένῳ δίδω[σι] τῆς ἡδονῆς οὕτω καλέσας αὐτὸν Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο, vt est in Epitome Athen. lib. 1. Idem de vtroque paulò pòst: ἐκάσ[τῳ] δὲ τῶν δαιτυμόνων παρ' Ὁμήρῳ παράκειται (Expunxi autem quæ in vulgatis codicibus sequuntur, παντὶ γὰρ οὐ παρατίθεται, quia supe[r]flua mihi visa sunt) κάνεον καὶ τράπεζα, καὶ δέπας πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι. Quibus verbis dispositio cibi & potus describitur, vt suo l[o]co videbimus.

d κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.] Hūc morem sic enarrauit idem Athenæus. ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρατῆρες, ἤ τοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ ποτοῦ ὑπεστεφανῶσθαι. καὶ ταῦτα ἐπαρξάμενοι πρὸς οἰωνοὺς τιθέμενοι. Apud Romanos autem alia fuit coronandi pocu[la] ratio, quæ apud Homerum nostrum luxus omnis hostem non reperitur. Poculis enim coronas ex floribus contextas imponeban[t], vt est apud Virgilium: Crateras magnos statuunt, & vina coronant. sed implebantur etiam mero pocula, vt idem alibi ostend[it]: Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit, impleuitq; mero. Et apud Tibullum: Coronatus stabit & ipse calix. Apud Virgilium autem Seruius annotat, apud antiquos duas fuisse mensas: vnam epularum, alteram poculorum. Illud ad hu[nc] locum pertinet. Mensa enim epularum tunc fuit, cùm heroës cibo & potu simul fruerentur, id est, promiscuè vel bibebant, vel c[o]medebant: ideò diximus ex Athenæo, solitum apponi singulis Homeri conuiuis canistrum, & mensam, & poculum, vt biberet quando animus iuberet. Mensa verò poculorum ea est, quæ nunc describitur, cùm altera sublata succedunt adolescentes isti, q[ui] singulis heroibus vina infundunt sine vlla cibi mentione. Qui mos in conuiuijs Germanorum vsitatus est, quanquam isti in me[n]sis poculorum solent bibendi irritamentis aliquibus, putà pane sale perfuso, vti.

e μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο] Variæ sunt cantilenarū species, quas Eustathius, & post eum Rhodiginus lib 27. cap. 26. enumerant, attig[it] etiam Epitome Athenæi lib. 1. Alia igitur est σωφρονιστική, qualis est vatis illius, quem Clytæmnestræ reliquit discedens Agamemn[on], qui primùm mulierum laudes percurrens, desiderium quoddam honoris, gloriæ, probitatisq; in eius animo impressit: vnde A[e]gysthus non prius Clytęmnestra potitus est, quàm ἀοιδὸν illum in insula deserta obtruncarit. Alia est ἐγκωμιαστική, qua virorum pr[æ]stantium laudes recinebantur, vt de Achille aliquando Homerus dicet. Alia θρηνητική, quam etiam Philostratus Achilli tribuit [his] verbis: ᾖδε δὲ, inquit, τοὺς ἀρχαίους ἥλικας τὸν Ὑάκινθον, καὶ τὸν Νάρκισσον, καὶ ἔτι Ἄδωνιν. Προσφάτων δὲ ὄντων τῶν περὶ Ὕλαν τε, καὶ Ἄβδηρον θρηνῶ[ν] ἐπειδὴ ἄμφω ἐφήβω ὄντε, ὁ μὲν ἐς πηγὴν ᾤχετο ἀφανισθεὶς, τὸν δὲ αἱ τοῦ Διομήδους ἵπποι ἐδαίσαντο, οὐκ ἀδακρυτὶ ταῦτα ᾖδεν. Alia est ὀρχηματι[κή], qualis illa Demodoci apud Homerum, ad quam iuuenes pubescentes saltabant atq; in armis. Deniq; cantilena est παιανική, qua[e] est hoc loco, quæ propriè dicata est Apollini.

Αὐτὰρ ὁ μήνιε νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισι
Διογενὴς Πηλῆος υἱὸς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς,
ᵃ Οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν,
Οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον· ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ
Αὖθι μένων, ᵇ ποθέεσκε δ' ἀϋτήν τε πτόλεμόν τε,
Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς,
Καὶ τότε δὴ πρὸς ὄλυμπον ἴσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες
Πάντες ἅμα, Ζεὺς δ' ἦρχε. Θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων
Παιδὸς ἑοῦ, ἀλλ' ἥγ' ἀνεδύσατο κῦμα θαλάσσης,
Ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανόν, οὔλυμπόν τε.
Εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἄτερ ἥμενον ἄλλων
Ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος οὐλύμποιο.
ᶜ Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων
Σκαιῇ. δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα,
Λισσομένη προσέειπε Δία Κρονίωνα ἄνακτα·
Ζεῦ πάτερ, ᵈ εἴποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα
Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ.
Τίμησόν μοι υἱόν, ὃς ὠκυμορώτατος ἄλλων
Ἔπλετ'. ἀτάρ μιν νῦν γε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
Ἠτίμησεν. ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας.
Ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον ὀλύμπιε μητίετα Ζεῦ.
Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ
Υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν, ὀφέλλωσίν τέ ἑ * τιμῇ. (*. τιμῶ.)
Ὣς φάτο. τὴν δ' οὔτι προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
ᵉ Ἀλλ' ἀκέων δὴν ἧστο. Θέτις δ' ὡς ἥψατο γούνων,
Ὣς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα, καὶ ἤρετο δεύτερον αὖθις,
Νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο, καὶ κατάνευσον,
Ἢ ἀπόειπ' (ἐπεὶ οὔ τοι ἔπι δέος) ὄφρ' εὖ εἰδῶ
Ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι.
Τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,

Verùm hic irascebatur nauibus assidens veloci[bus]
Generosus Pelei filius pedes velox Achilles.
Neq; vnq̄ in cōcione versabatur illustres viros faci[ente],
Neq; vnq̄ in plio, sed consumebat dilectum cor (t[ristis])
Illic manēs: desiderabat aūt clamoremq; pugnam[q;].
Sed quando iam ab illo duodecima facta est auror[a],
Et tūc iam ad Olympū iuerant dij semper existēte[s]
Oēs simul, Iupiter. a. præibat: Thetis. a. non oblita e[st]
Filij sui, sed emersit ex vnda maris, (mandator[um])
Matutinaq; cōscendit in magnum cælū Olympumq;
Inuenit. a. latè videntē Saturnidē seorsum sedente[m]
In summo vertice baccati iugis Olympi: (ab alij[s])
Et ante ipsum sedit, & prehendit genua
Sinistra manu, dextera aūt sub mēto apprehenden[s],
Supplicans allocuta est Iouem Saturnidem regem:
Iupiter pater, si quando te inter immortales iuu[i]
Vel verbo, vel opere, hoc mihi perfice desiderium,
Honora mihi filium, qui breuissimæ vitæ præ cæter[is]
Est: sed ipsum nunc rex virorum Agamemnon
Inhonorauit: habet. n. mun⁹ eius ereptū, quod ipse [abstulit].
Sed tu ipsū honora Olympie prudens Iupiter: (cepi[t])
Tandiu aūt Troianis adijce robur, donec Achiui
Filium meū honorent, augeātq; eū honore. (Iupite[r])
Sic dixit: hanc. a. nō allocutus est nubes congregan[s],
Sed tacit⁹ diu sedit, Thetis. a. vt apphenderat genua,
Sic tenebat inhærens, & rogabat secundò iterum:
Verum quidem iam mihi promitte & annue:
Vel abnue (quoniā non tibi est timor) vt bene sciam
Quātū ego inter oēs inhonoratiss. dea sim. (Iupite[r])
Hác. a. ingemiscens allocutus est nubiū congregato[r].

ἦ δὴ λοίγια ἔργ᾽ ὅτ᾽ ἐμ᾽ ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις
Ἥρη, ὅταν μ᾽ ἐρέθῃσιν ὀνειδείοις ἐπέεσσιν.
ἡ δὲ καὶ αὔτως μ᾽ αἰεὶ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
νεικεῖ, καί τέ μέ φησι μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν.
e οὐ νέμεσις] Hic videre licet, quantarum sit virium forma fœminæ, vt quæ prudentiorum etiam mētem commoueat. Vnde isti aiunt reprehensione non esse dignum, tot Helenæ causa vtrinque dolores subiri & molestias: quasi digna sit formosa, cuiu dio & amore, qui tenentur, omnia genera periculorum subeant. Sed vbi illi ijdem senes iustitiam facti examinant, præpond sentiunt æquitatem: proinde indicant restituendam esse Helenam, quasi turpe sit, vnius fœminæ gratia tot cædes & vrbium dia perpetrari. Itaque vtilitatem pulchritudini præferentes, priorem illam orationem castigant in sequentibus: ἀλλὰ καὶ ὧς τ ἐοῦσα, &c. Hunc locum Arist. 7. Eth. cap. fin vsurpauit, idem de voluptate dicendum esse iudicans, quod isti senes de Helena: ligit autem postrema verba. In vniuersis autem, inquit, cauendum est maxime à voluptate. Non enim corrupti iudicamus de Vt ergo Troianorum senes erga Helenam sese habuerunt, sic & nos ad voluptatem ipsam esse affectos, in omnibusq; illorur cē dicere oportet (scilicet ἀλλὰ καὶ ὧς τοίη περ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω,) Hoc enim modo remouētes à nobis ipsam, minus peccabimus Apud Lucianum in Dial. Menippus inscripto, cùm Mercurius Menippo caluarias formosorum ostenderet, & inter eas illam næ. Et huius scilicet ossis gratia, inquit Menippus, mille naues ex vniuersa Græcia acto delectu sunt impletæ, tantaque cùm corum tum Barbarorum multitudo conflixit, tot vrbes sunt euersæ? Cæterùm Menippe, inquit Mercurius, non vidisti muli hanc viuam: quòd si fecisses, forsan diceres tu quoque, vitio dandum non esse, pro tali muliere diu tolerare labores, &c.

Ὣς ἄρ' ἔφαν· Πρίαμος δ' Ἑλένην ἐκαλέσσατο φωνῇ,
Δεῦρο πάροιθ' ἐλθοῦσα, φίλον τέκος, ἵζευ ἐμεῖο,
Ὄφρα ἴδῃς πρότερόν τε πόσιν, πηούς τε, φίλους τε,
([a]Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν,
Οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν)
Ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα πελώριον ἐξονομήνῃς,
Ὅς τις ὅδ' ἐστὶν Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε.
Ἤτοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασι.
Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼ οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Οὐδ' οὕτω γεραρόν· βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικε.
Τὸν δ' Ἑλένη μύθοισιν ἀμείβετο δῖα γυναικῶν,
Αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ φίλε, ἑκυρὲ, δεινός τε·
[b]Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἁδεῖν κακὸς ὁππότε δεῦρο
Υἱέϊ σῷ ἑπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα,
[c]Παῖδά τε τηλυγέτην, καὶ ὁμηλικίην ἐρατεινήν.
Ἀλλὰ τάγ' οὐκ ἐγένοντο· τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα.
Τοῦτο δέ τοι ἐρέω ὅ μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς.
Οὗτός γ' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
[d]Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής·
Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴ ποτ' ἔην γε.
Ὣς φάτο· τὸν δ' ὁ γέρων ἠγάσσατο, φώνησέν τε,
Ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιοδαίμον,
Ἦ ῥά νύ τοι πολλοὶ δεδμήατο κοῦροι Ἀχαιῶν.
[e]Ἤδη καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον ἀμπελόεσσαν,
Ἔνθα ἴδον πλείστους Φρύγας, ἀνέρας αἰολοπώλους,
Λαοὺς Ὀτρῆος καὶ Μυγδόνος ἀντιθέοιο,
Οἵ ῥα τότ' ἐστρατόωντο παρ' ὄχθας Σαγγαρίοιο.
Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν, μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην
Ἤματι τῷ ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι,
Ἀλλ' οὐδ' οἳ τόσοι ἦσαν ὅσοι ἑλίκωπες Ἀχαιοί.
Δεύτερον αὖτ' Ὀδυσῆα ἰδὼν ἐρέειν' ὁ γεραιός,
Εἴπ' ἄγε μοι καὶ τόνδε, φίλον τέκος, ὅς τις ὅδ' ἐστί.
Μείων μὲν κεφαλῇ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο,
Εὐρύτερος δ' ὤμοισιν ἰδὲ στέρνοισιν ἰδέσθαι.
Τεύχεα μέν οἱ κεῖται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,
Αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν·
Ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ,
Ὅς τ' οἰῶν μέγα πῶϋ διέρχεται ἀργεννάων.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειθ' Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα

Sic dixerunt. Priamus.a.Helenam vocauit v
Huc ades dilecta filia sede apud me,
Vt videas priorem maritum, affinesq; amicosq;.
(Non mihi causa es, Dij mihi authores sunt,
Qui mihi immiserūt bellū lachrymosum Achiu
Vt mihi & hunc virum ingentem nomines,
Quisnam iste sit Achiuus vir latusq; magnusq;.
Certè quidem capite etiam altiores alij sunt:
Pulchrum autem adeò ego nondum vidi oculis,
Nec adeò honorabilem: regi enim viro similis est
Huic Helena verbis respondit præstantiss. mulier
Reuerendusq; mihi es dilecte socer timendusq;.
Vtinam mors mihi placuisset mala, quando huc
Filium tuum sequebar, thalamū fratresq; relin
Filiamq; vnicā, & coætanearum cœtum amabile.
Sed hæc non facta sunt: ob hoc & flens contabui.
Hoc.a.tibi dicā, quod à me interrogas sine inquir
Iste Atrides latè dominans Agamemnon,
Vtrunq;, Rexq; bonusq; fortisq; pugnator,
Leuir item meus fuit impudicæ, si vnquam fui.
Sic dixit: hunc.v.senex admirabatur, locutusq;
O beate Atride, lætis fatis nate fortunate:
Certè tibi multi subiugati sunt iuuenes Achiui
Iam & in Phrygiam veni vitiferam,
Vbi vidi plurimos Phryges viros equos agitādi p
Populos Otrei & Mygdonis diuini,
Qui tunc castra habebant apud ripas Sangarij:
Etenim ego auxiliaris existēs, inter eos numerat
Die illo, quando venerunt Amazones viragines.
Sed non hi tot erant, quot nigris oculis Achiui.
Secundò rursus Vlyssem vidēs, interrogauit se
Dic agè mihi & hunc, dilecta filia, quisnam iste
Minor quidem capite Agamemnon Atrida,
Latior autem humeris & pectoribus ad videndu
Arma quidem eius iacent in terra multos pasce
Ipse autem sicut aries lustrat ordines virorum.
Arieti ipsum ego assimilo villoso.
Qui ouium magnum gregem percurrit albarum.
Huic respondit postea Helena Ioue nata:

Οὗ

Οὗτ@ δ' αὖ Λαερτιάδης πολύμητις Ὀδυσσεύς,	*Iste autem rursus est Laërtiades prudens Vlysses,*
ὃς τράφη ἐν δήμῳ Ἰθάκης [f] κραναῆς περ ἐούσης,	*Qui nutritus est in populo Ithacæ, asperæ licet existē-*
εἰδὼς παντοίους τε δόλους καὶ μήδεα πυκνά.	*Sciens varios dolos & consilia prudentia. (tis*
Τὴν δ' αὖτ' Ἀντήνωρ πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,	*Hanc.a.rursus Antenor prudens cōtrà locutus est:*
ὦ γύναι, ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς * ἔειπες.	*O mulier profectò valde hoc verbū verum dixisti.*
ἤδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἤλυθε δῖος Ὀδυσσεύς,	*Olim enim & huc aliquando venit diuinus Vlysses*
σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης σὺν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ·	*Tui causa legatus cum bellicoso Menelao.*
τοὺς δ' ἐγὼ ἐξείνισσα, καὶ ἐν μεγάροισι φίλησα·	*Hos ego hospitatus sum, & in ædibus amicè tractans*
ἀμφοτέρων δὲ φυὴν ἐδάην καὶ μήδεα πυκνά.	*Amborum & naturā didici, & consilia prudentia.*
ἀλλ' ὅτε δὴ * Τρώεσσιν ἀγειρομένοισιν ἔμιχθεν,	*Sed quando iam Troianis cōgregatis permisti essent,*
στάντων μὲν Μενέλαος ὑπείρεχεν εὐρέας ὤμους,	*Stantib. quidē illis, Menela⁹ superabat latis humeris:*
ἄμφω δ' ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.	*Ambobus aūt sedentibus, venerabilior erat Vlysses.*
ἀλλ' ὅτε δὴ μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον,	*Sed quando verba & consilia omnibus texebant,*
ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε,	*Certè quidem Menelaus succinctè concionabatur:*
[h] παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως· ἐπεὶ οὐ πολύμυθος,	*Pauca quidē, sed valde acutè, quoniā nō garrulus,*
οὐδ' ἀφαμαρτοεπής, εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν·	*Neq; in verbis peccās, quamuis ætate posterior erat.*
ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν Ὀδυσσεύς,	*Sed quando prudens surgeret Vlysses,*
στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας,	*Stabat, sub autē videbat in terram oculos defigens:*
σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,	*Sceptrū.v. neq; retrorsū, neq; in anteriorē partē mo-*
ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν, ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς.	*Sed immobile tenebat, imperito viro similis. (uebat.*
φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονά θ' αὔτως·	*Dixisses furiosum aliquem esse dementemq́; temerè:*
ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,	*Sed quando vocem magnam ex pectore emittebat,*
καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,	*Et verba imbribus niualibus similia hybernis,*
οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος·	*Non deinde cū Vlysse contēdere potuisset homo alius.*
οὐ τότε γ' ὧδ' Ὀδυσῆος ἀγασσάμεθ' εἶδος ἰδόντες.	*Non tūc sic Vlyssis admirati sumus speciem videntes.*

Marginal variants: γρ. ἔειπας. — γρ. πάρεσσιν ἐν ἀγρομένοισιν.

COMMENTARIVS.

οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί,] Obseruanda est Priami prudentia, qui causam huius belli in Deum, non in Helenam refert, nō canum more, qui facientem relicto, lapidem in se coniectum mordicùs arripiunt. Neq; tamen idcirco culpa omnino carebat Helena, sed cùm mortales primariæ non sint agendi causæ, sed secundariæ tantùm, cùm aliquid geritur, primariam illam causam attendere nos oportet, non quòd eam aut malis gaudere, aut malorum esse causam intelligamus, sed quòd omnia ex illius nutu ac permissione depēdent. Quod nos aliàs apud hunc Poëtam diligentiùs examinamus. Porrò quod hoc loco primùm inquirit Priamus de principibus Græcorum, reprehendit Iulius Scaliger, quod eos Priamus per tot annos belli spectator nondum nouerit. Sed cùm illos cùm primùm in aciem Homerus educat, non omninò absurdum est, vt hoc Priamus ignoret, quos nondum viderit anteà apud Troiam. Proinde Scaligero respondeatur, licere Poëtis, historiam non scribentibus potissimùm, quidlibet. Quod si ille non admittat, quàm multa nihilominus in suo Virgilio eiusmodi, etiam ipsi veritati repugnantia, & seriei temporum ac ὕστερον πρότερον reperies. Soluit hoc etiam Didymus, quem vide.

ὡς ὄφελεν θάνατός μοι] Loco & tempore commodo Helena luctus suos exponit Priamo, quibus testatur tangi se facti sui pœnitentia, vbi primùm gratiam herois sibi conciliauit, tam honestè præfata de reuerentia & honore, quo eum prosequitur, ne forsan tristibus verbis illum exasperaret. Vbi apparet, quod aliàs quoq; monuimus, fateri quidem Poëtam sponte Helenam Paridem secutam, quod etiam Coluthus scripsit, sed postea pœnituisse illam sceleris tanti, & lacrymis contabuisse, vt ipsa Helena mox dicit τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα.

c παῖδά τε τηλυγέτην] Secundùm Homerum vnica fuit filia Helenæ ex Menelao, quam Coluthus Hermionem appellat. Alij (vt Cinæthon) etiam filios commemorant Nicostratum & Aethiolam, qui apud Lacedæmonios in honore fuerint. Alij (vt Porphyrius) Dicethum & Moraphionem, à quo Moraphiorum genus apud Persas. Cæterùm cùm thalami fratrum & filiæ vnicæ meminerit, Menelaum subticuit, alioqui φίλανδρος, quod prudenter fecit Priami metu, vt Paridem amare videretur. Hunc autem defectum postea Antenor supplebit.

d εὐρύκρειον] Quantus sit hic versus, & quanti faciendus docuit Alexander. Is si quando Homeri carminum perpensio aut in lucubrationibus literarijs, aut super conuiuium fieret, alio aliud, vt fit, proponente, hoc ipse vt omnium præstantissimū probabat, videlicet intuitus, quam laudem Homerus aliquot anteà seculis de Agamemnone temerè scripsisset, legem hanc sibi latam esse adeò dicebant, ... olitum ferunt, eodem versu Homerum Agamemnonis virtutem commendasse, Alexandri verò vaticinatum esse. Refert Plutarchus de Fort. Alex. lib. 1. Vid. Stob. p. 582. 10.

e ἤλυθε Φρυγίην] Hic locus ex historia intelligendus est, quam Didymus sic refert. Menalippe & Hippolyte Martis filiæ Amazonum exercitui præfectæ cùm Phrygiam in suam ditionem redigere conarentur propter regionis illius ἱππόβοτον καὶ ἀμπελόεσσαν, equi pabuli & vitium abundantiam, adornatis copijs Phrygiam accesserunt, castraq; ad fluuium Sangarium metatæ sunt. Phrygibus eo tunc temporis præerant Mygdon & Otreus, filij Dimantis fratres Hecubæ. Hi conflato exercitu ad eas à finibus propulsandas se contulerunt quibus Priamus etiam auxilio affuit. Per Phrygiam autem hoc loco magnam Phrygiam intellige.

f κραναῆς περ ἐούσης,] Patriæ tenuitas viri bonitatem non impedit. Testis hæc Ithaca Vlyssea, & Pella illa Macedonica, quæ tam gentium Alexandrum protulit. Fit enim plerunq;, vt è locis obscurioribus viri clarissimi exoriantur.

g ἤδη γὰρ καὶ δεῦρο] Paucis complexa est Helena Vlyssis laudes, quas nunc amplificat Antenor, quia tantum hominem, cui etiam Poëta integrum volumen destinauerat, sic leuiter transire fas esse non est arbitratus Poëta: deinde oportuit etiam Menelai memoriam, ne is heros etiam non laudatus prætermitteretur. Vtrumq; ergo laudat Antenor, tum à prudentia præter staturam corporis, tum peculiari orationis genere, quod Menelao fuit λιτόν, Vlyssi verò σώζον, vt loquuntur Rhetores. Hoc se cognouisse ait, cùm illi duo Troiam accessissent legati ad repetendam Helenam, quos ipse tunc hospitio exceperat, cuius rei meminit Dictys lib. 1. sed illis duobus Palamedem addit. Dares Vlyssis legatorum meminit, huius hospitij non item.

h παῦρα μὲν] Interpretatur illud præcedens ἐπιτροχάδην. Virtus aūt Lacedæmoniorū fuit breuitas in loquēdo, (quā nunc in Spartano Menelao cōmendat Antenor) adeò vt eorum qui ad se mittebantur, prolixas orationes deriderent. Qua in re memorabile est, quod apud Herod. in Thalia legitur. Lacedæmonij Samijs auxilium aduersus Polycratē petentib. cùm multa cōmemorarēt primo cōgressu dixerūt, priora se oblitos, posteriora nō intelligere. Secundo verò cōgressu Samij nihil aliud dixerunt, nisi allato panario illud panem indigere. Quib Lacedæmonij respōderūt, Illos panario superuacaneā orationē curiosè addidisse, quasi dicerēt, debuisse illos contentos esse panarium seu sacrū ostendere. Quod in Apoph. Laconicis attigit Plutarch. Apud eandē in lib. de Gar. ijdē Lacedæmonij dicuntur ad Philip. duob. verbis tantùm scripsisse, Dionysius Corinthi (quib. significabāt ad humilē fortunā redactū illū iri, aut quippiā simile) Et rursum cū illis scripsisset Philippus, Si exercitū duxero in Laconicos fines, deuastabo vos: rescripserūt, Si.

[It]em Demetrio rege indignante ac vociferante; Vnum ad me legatum miserunt Lacedæmonij. nihil consternatus legatus: V[num] inquit, ad vnum. Ad hanc breuitatem silentio eos informasse Lycurgum dicit ibidem Plutarchus: sed ex hoc loco Homeric[o vid]etur constare iam priscis illis temporibus fuisse eam illis peculiarem, quandoquidem Spartanus fuerit Menelaus, quod etiam [in]terpretes Græci annotant. Hic autem obseruandum est, ex vna eademq́; re diuersè multos laudari; vt ex eloquentia breui M[ene]laus, ex profusa Vlyssem.

Τὸ τρίτον αὖτ' Αἴαντα ἰδὼν ἐρέειν' ὁ γεραιός,
Τίς τ' ἄρ' ὅδ' ἄλλος Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
Ἔξοχος Ἀργείων κεφαλὴν ἠδ' εὐρέας ὤμους;
Τὸν δ' Ἑλένη τανύπεπλος ἀμείβετο δῖα γυναικῶν,
Οὗτος δ' Αἴας ἐστὶ πελώριος ἕρκος Ἀχαιῶν·
Ἰδομενεὺς δ' ἑτέρωθεν ἐνὶ Κρήτεσσι θεὸς ὣς
Ἕστηκ'· ἀμφὶ δέ μιν Κρητῶν ἀγοὶ ἠγερέθονται.
Πολλάκι μιν ξείνισσεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος
Οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο.
Νῦν δ' ἄλλους μὲν πάντας ὁρῶ ἑλίκωπας Ἀχαιούς,
Οὕς κεν εὖ γνοίην, καὶ τ' οὔνομα μυθησαίμην·
Δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν κοσμήτορε λαῶν,
Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
Αὐτοκασιγνήτω, τώ μοι μία γείνατο μήτηρ.
Ἢ οὐχ ἑσπέσθην Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς;
Ἢ δεῦρο μὲν ἕποντο νέεσσ' ἐνὶ ποντοπόροισι.
Νῦν δ' αὖτ' * οὐκ ἐθέλουσι μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν, (γρ. Νῦν αὖτ')
Αἴσχεα δειδιότες καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἅ μοι ἐστιν;
Ὣς φάτο· τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα
Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ.
Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ, θεῶν φέρον ὅρκια πιστά,
Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐΰφρονα, καρπὸν ἀρούρης,
Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ· φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν
Κῆρυξ Ἰδαῖος, ἠδὲ χρύσεια κύπελλα·
Ὤτρυνεν δὲ γέροντα παριστάμενος ἐπέεσσιν·
Ὄρσεο Λαομεδοντιάδη, καλέουσιν ἄριστοι
Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,
Ἐς πεδίον καταβῆναι, ἵν' ὅρκια πιστὰ * τάμητε· (γρ. τάμωμεν)
Αὐτὰρ Ἀλέξανδρος καὶ ἀρηΐφιλος Μενέλαος
Μακρῇς ἐγχείῃσι μαχήσοντ' ἀμφὶ γυναικί.
Τῷ δέ κε νικήσαντι γυνὴ καὶ κτήμαθ' ἕποιτο·
Οἱ δ' ἄλλοι, φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες,
Ναίοιμεν Τροίην ἐριβώλακα, τοὶ δὲ νέωνται
Ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα.
Ὣς φάτο· ῥίγησεν δ' ὁ γέρων, ἐκέλευσε δ' ἑταίρους
Ἵππους ζευγνύμεναι· τοὶ δ' ὀτραλέως ἐπίθοντο.
Ἂν δ' ἄρ' ἔβη Πρίαμος, κατὰ δ' ἡνία τεῖνεν ὀπίσσω·
Πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ περικαλλέα βήσετο δίφρον,
Τὼ δὲ διὰ Σκαιῶν πεδίον δ' ἔχον ὠκέας ἵππους.
Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἵκοντο μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς,
Ἐξ ἵππων ἀποβάντες ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν,
Ἐς μέσσον Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἐστιχόωντο.
Ὤρνυτο δ' αὐτίκ' ἔπειτ' ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
Ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις· ἀτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
[a] Ὅρκια πιστὰ θεῶν σύναγον, κρητῆρι δὲ οἶνον
Μίσγον, ἀτὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν.
Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
Ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
Ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας· αὐτὰρ ἔπειτα
Κήρυκες Τρώων καὶ Ἀχαιῶν νεῖμαν ἀρίστοις.
Τοῖσιν δ' Ἀτρείδης μεγάλ' εὔχετο χεῖρας ἀνασχών·
[b] Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,

Tertiò rursus Aiacē conspicat⁹ interrogabat sen[ex],
Quis etiā est iste alius Græcus vir latusq́; magnu[sque],
Eminens Argiuos capite & latis humeris?
Huic Helena longū peplū gerēs respōdit præstan[tissima] (mulie[rum]):
Iste Aiax est ingēs ꝑpugnaculū Græcorū.
Idomene⁹.a.ex altera parte inter Cretenses, Deus [vt]
Stat: circū.a. ipsum Cretensium duces cōgregant[ur].
Sæpe ipsum hospitatus est bellicosus Menelaus
Domo in nostra, quando ex Creta veniret.
Nunc.a. alios quidem oēs video perpulchros Achi[uos],
Quos bene cognoscerem, & nomen dicerem:
Duos autem non possum videre principes populo[rum],
Castoremq́; equitādi peritū, et pugilatu strenuū P[ollucem],
Germanos fratres, quos mihi vna genuit mater. (h[i]
An non secuti sunt Lacedæmone ex amabili?
An huc qdem secuti sunt in nauib. per mare eun[tibus],
Nunc autem nolunt pugnam inire virorum,
Dedecora timentes & probra multa quæ mihi su[nt]?
Sic dixit: hos autem iam tenebat alma tellus
In Lacedæmone illic, dilecta in patria terra.
Præcones .a. per vrbem, Deorū ferebāt fœdera fir[ma],
Agnos duos & vinum lætum, fructum terræ,
Vtre in caprino: ferebat autem cratera lucidum
Præco Idæus, & aureos cyathos:
Hortabatur autem senem astans verbis:
Surge Laomedontiade, vocant optimi (bell[icosorum]
Troianorūq́; bellicosorū, & Achiuorū æreā loricā[torum],
In campum descendere, vt fœdera firma feriantu[r]:
Sed Alexander & bellicosus Menelaus
Longis lanceis pugnabunt pro muliere:
Et vincentem mulier & opes sequentur,
Cæteri verò amicitiam & fœdera firma ferientes
Incolemus Troiam fertilem: illi autem reuertentu[r]
Ad Argos equos pascēs & Achaiā pulchras mulie[res habentem].
Sic dixit: cohorruit .a. senex: iussit .a. socios (habe[nis]
Equos iungere: hi aūt diligenter paruerunt.
Et ascēdit Priamus, habenasq́; extendebat retror[sum]:
Apud .a. ipsum Antenor perpulchrū ascendit cur[rum],
Hi .a. per Scæas in campum impellebāt veloces equ[os].
Sed quando venerunt ad Troianos & Græcos,
Ex equis descendentes in terram multos pascente[m],
In medium Troianorum & Græcorum iuerunt.
Assurrexit .a. statim postea rex virorū Agamemnō[n],
Surrexit & Vlysses prudens: sed præcones splendidi
Fœdera fida Deorum cogebāt, cratere autem vinu[m]
Miscebant, sed regibus aquam in manus fuderunt.
Atrides autem extrahens manibus cultrum,
Qui ei apud ensis magnā vaginam semper pēdeb[at],
Agnorū ex capitib. abscidit pilos: sed eos posteà (cip[ibus]
Præcones Troianorū & Achiuorū distribuerūt pri[n-]
Inter hos .a. Atrides alta voce p̄cabat̄, manus eleu[ans]:
Iupiter pater, qui Idæ præes, gloriosissime, maxim[e],

Ἠέλιος

...λιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις,
...ποταμοὶ, καὶ γαῖα, καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
...ρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ,
...ἐς μάρτυροι ἔστε, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά.
...ὲν κεν Μενέλαον Ἀλέξανδρος καταπέφνῃ,
...ς ἔπειθ' Ἑλένην ἐχέτω καὶ κτήματα * πάντα,
...εῖς δ' ἐν νήεσσι νεώμεθα ποντοπόροισιν·
...ἐ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ ξανθὸς Μενέλαος,
...ας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι,
...ὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν ἥντιν' ἔοικεν,
...καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέληται.
...αν ἐμοὶ τιμὴν Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες
...ιν οὐκ ἐθέλωσιν Ἀλεξάνδροιο πεσόντος,
...ὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα μαχέσομαι εἵνεκα ποινῆς
...μένων, εἵως κε τέλος πολέμοιο κιχείω.
...καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ·
...ους μὲν κατέθηκεν ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας,
...οῦ δευομένους· ἀπὸ γὰρ μένος εἵλετο χαλκός.
...δ' ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι δεπάεσσιν
...εον, ἠδ' εὔχοντο θεοῖς αἰειγενέτῃσιν·
...δέ τις εἴπεσκεν Ἀχαιῶν τε Τρώων τε,
...κύδιστε, μέγιστε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
...ππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν,
...δέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος,
...ῶν, καὶ τεκέων· ἄλοχοι δ' ἄλλοισι μιγεῖεν.
...ἔφαν· οὐδ' ἄρα πώ σφιν ἐπεκραίαινε Κρονίων.
...σι δὲ Δαρδανίδης Πρίαμος μετὰ μῦθον ἔειπε,
κλῦτέ μευ Τρῶες καὶ ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.
...τοι ἐγὼν εἶμι προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν
...ἐπεὶ οὔπως τλήσομ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι
...ρνάμενον φίλον υἱὸν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ.
...εύς θην που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
...ποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

Solq́ qui omnia aspicis,& omnia audis,
Et fluuij,& terra,& qui subter, mortuos
Homines punitis,quicunq́ periurium iurauerit:
Vos testes sitis,conseruateq́ fœdera fida.
Siquidem Menelaum Alexander interfecerit
Ipse postea Helenam retineat & opes omnes: (* κ. παῖδ')
Nos.a.in nauib.redeamus per mare transeuntibus:
Si autem Alexandrum interfecerit flauus Menel.
Troiani postea Helenam & opes omnes reddant,
Mulctamq́ Argiuis pendant quæ decet,
Quæq́ etiam inter posteros homines memoretur.
Si autem mihi mulctam Priamus Priamiq́ filij
Pendere nolint Alexandro prostrato:
Tum ego etiam posthac pugnabo causa mulctæ
Hîc manens,quousq́ finem belli inueniam.
Dixit,& iugulos agnorum abscidit crudeli ense.
Et hos quidem deposuit in terra palpitantes,
Anima carentes:etenim robur abstulit ferrum.
Vinum autem ex cratere haurientes pateris
Effundebant,& supplicabant dijs immortalibus.
Sic.a.aliquis dicebat Achiuorumq́ Troianorumq́.
Iupiter gloriosiss.max.& immortales Dij cæteri,
Vtri priores præter fœdera peccauerint,
Sic ipsorũ cerebrũ in terrã fluat,sicut hoc vinũ,
Ipsorum & liberorum:vxoresq́ alijs misceantur.
Sic dicebãt: neq́ adhuc ipsis perficiebat Saturnius.
Inter hos.a.Dardanides Priamus verbum dixit,
Audite me Troiani & bene armati Græci,
Certè ego abeo ad Troiam ventis expositam
Retrò,quia nullo modo tolerabo oculis videre
Pugnantem dilectũ filium cum bellicoso Menelao.
Iupiter nimirum hoc scit,& immortales Dij reliqui,
Vtri mortis finis fato destinatus sit.

COMMENTARIVS.

a ...ια πιστὰ θεῶν] Mos iste fœderis feriendi apud illos veteres notandus est, quem etiam Alexand lib.5.cap.3.attigit. Miscetur hic vinum, scilicet Græcum cum Troiano: quod fit, vt duorum exercituum vnio & concordia significetur. Lauatio manuũ ...t ad lustrationem, quòd ea externa purgatio mentis puritatem innueret. Notandum est autem, quod etiam Nat...is lib.1. ...scribit,& ad hunc locum pertinet, fuisse lustrationum differentiam, vt qui superis sacrificaturi essent, toti lauarentur, si fieri ...: sin autem, saltem manus. at litaturi inferis, tenui aqua tantùm irrorabantur: qua de re etiam alibi dicimus. Præterea cùm ...gamemnonem propria manu victimam iugulare, notanda est veterum illorum regum αὐτοδιακονία. vt etiã alibi Achilles, ...nes dissecat, tanta fuit simplicitas elegantis illius seculi. Cùm Agamemnon verò pilos ex agnorum capitibus abscindit, id ...intelligendum est, vt signũ esset execrationis, & in eius caput, qui fœdus violasset, omnia mala conuerterentur. Sic apud ...clem, κακῶς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονὸς Γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος οὕτως ὅπως περ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον. Distribuebantur hi pili ijs, qui ex vtraque parte fœderis erant principes, vt posteà subijcit Homerus.

b ...πάτερ] Ad tanti fœderis confirmationem omnes Deos implorat Agamemnon,& in eius ruptores cõcitat. Sanè Ethnici e... ...mines agnouerunt. displicere Numini periuria, quod docuit Agesilaus apud Xenophontem in orat. de illius laudibus: cui ...ssaphernes ob exercitum, qui appulerat, plurimũ elatus animo, bellum indixisset, nisi ex Asia abiret, & alij socij & Lacedæ... ...qui aderant, vehementer angerentur, vtpote qui putarent, præsentes Agesilai vires Regis apparatu minores esse: Agesilaus ...modum fronte nuntiare Tissapherni oratores iussit, se illi permultas habere gratias, quòd vsus periurio sibi deos hostes ...sset, Græcis autem belli socios,& cæt. Itaque monentur periuri, vt Deum vltorem reformident. χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν αὐ... ...ρκον, vt est apud Pauſ.li.4.& Menander, θεὸν ἐπιορκῶν μὴ δόκει λεληθέναι. Etenim periuria in sobole periuri hominis Deus vlci... vt Glauco Epicydidæ respondit Pythia apud Herodotum lib.6. cuius rei meminit quoq; Pauſ. in Corinth. Iam verò si hoc ...iam illa antiquitas intellexit, quantum est scelus hoc à nostris hominibus, quib. clarius lumen affulsit, nõ obseruari? nem... ...i non aliud à Deo expectent, quàm quod in veteribus Græciæ monumentis legitur de Pelope, cuius facinus in Myrtilum ...t posteritas: quod Pythiæ subscribit, vt ibidem docet ipse Pausanias. Sed cur longiùs abimus? Attendant etiam illi, si lu...m miserè hæc violata fœdera, quæ nunc feriuntur, Troiani perluerint.

c ...ἐ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ] Cùm hic de morte loquatur Agamemnon, videtur Paridis conditionem prauè interpretatus, cùm ille ...le victoria locutus fuisset his verbis, ὁππότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται,&c. Itaque quæstio fuit olim, Vtrum fugiente ...penes Menelaum fuerit victoria: quod apud Plut Symp.9. q.13. Sospis & Glaucias agitant. Potior, inquit Sospis, & maio...oritatis est oratio eius, qui conditionem obtulit, legisq; vim habet: qui verò oblatam accipiunt, ij ius addendi aliquid non ... Conditio autem non de cæde & morte fuit, sed de victoria, idq; admodum iustè. Debuit enim vxor esse Helena præstan...s autem est, qui vincit. Aliàs sæpe melior à deteriore interficitur, vt postea Achilles perijt sagitta ab Alexandro ictus, quem ...arbitror) victum à Paride propter mortem dixerit, neq; victoriam Paridis, sed iniustam fortunæ sortem. Hector autẽ ab A... ...ctus est, etiam priusquàm occideretur, cùm eum nõ sustineret, sed fugeret præ metu. qui enim non subsistit, sed fugit, is pa... ...absque excusatione victus est, fateturq; aduersarium sibi virtute præstare. Ideò primùm Iris rem Helenæ nuncians, inquit,

De te proceris nunc decertabitur hastis,
Illius vxor eris, qui vincet Marte secundo. Deinde Iupiter Menelao victoriã prælij tribuit. Sanè nũc pugna fortis vicit Menelaus. ...dicum enim fuerit, victorem dici, qui aliquem sagitta eminus nihil metuentem, neque sibi cauentem in pede vulnerauerit:

Me-

Menelaus non mereatur victoriæ de Paride partæ præmium reportare, cùm hic desperata profugerit, & in gremium mulieri uerit: & ex ipsa, quam tulerat Paris, melior eo victorque probetur. Hæc sunt quæ Sospis pro Menelao dixit. contrà verò Gl cuius sententia videtur longè potior. Primùm, inquit, in decretis, legibus, fœderibus, pactis semper posteriora prioribus plu re, maioremq; habere authoritatem censentur. Posterior autem fuit conditio ab Agamemnone perhibita, mortem victi exp Deinde prior tantùm verbis, hæc iureiurando adhibito proposita fuit, & execratione adiecta violatoris, non vno viro, sed v sis approbantibus, vt hoc verum & firmum fuerit pactum, illud tantùm prouocatio. Testatur etiam Priamus, cùm sacrame cto discedens à certamine ait: *Nouit Iuppiter hoc, & cætera numina cæli*
Vtrum Parcarum tristi vis detinet Orco. Norat enim hac lege fœdus ictum. Ideoque Hector pòst inquit: Fœdera nostra quidam Saturnius irrita fecit. Nam imperfectum manebat certamen neutro mortuo. Itaque rep tia quidem mihi videtur pactorum esse nulla, cùm priùs in posteriore comprehendatur. Qui enim interfecit, vicit: non sta terfecit, qui vicit. Et, vt in summa dicam, Agamemnon conditionem ab Hectore propositam non aboleuit, sed explicauit: mutauit, sed adiecit quod erat potissimum, in necando victoriam ponens. hæc enim est perfecta victoria, reliquæ excusatio controuersias habent: vt hæc Menelai, qui aduersarium neque vulnerauit, neque occidit. Vt ergo in veris legum repugnan dices id amplectuntur, quod nihil habet controuersiæ, obscuriore repudiato: ita hîc id pactum censeamus potiùs esse, & plu re, quod finem certaminis exprimit notum, & nullum obnoxium præscriptioni. Et, quod maximum est argumentum, ille i videtur vicisse, non desinens fuga elapsum quærere, sed vsquequaq; per exercitum obambulans, sicubi Alexandrũ formosu nere posset, testatum fecit victoriam imperfectam esse, & non valere. Nam cùm effugisset Paris, recordabatur Menelaus se
De nobis vtrum morti sors destinat atræ, Is pereat: reliqui bellum mox soluite pace.
Itaque necesse habuit Alexandrum quærere, vt interfecto certamen absolueret suo fine: quem cùm neq; interfecerit, neq; henderit, non iustè victoriæ præmia reposcit. Neq; enim vicit, si etiam conijcere liceat ex ipsius verbis, quibus Iouem accu non assequutum finem optatum dolet, Ζεῦ πάτερ οὔτις σεῖο, &c. Ipse enim fatetur, nihil fuisse scutum transfigere, & galeam a si Paris manu sua non moreretur. Hæc sunt, quæ duo illi viri disputarunt.

Ἦ ῥα, καὶ ἐς δίφρον [a] ἄρνας θέτο ἰσόθεος φώς·
Ἂν δ' ἄρ' ἔβαιν' αὐτός, κατὰ δ' ἡνία τεῖνεν ὀπίσσω·
Πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ περικαλλέα βήσατο δίφρον.
Τὼ μὲν ἄρ' ἄψορροι προτὶ Ἴλιον ἀπονέοντο.
Ἕκτωρ δὲ Πριάμοιο πάϊς καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς
Χῶρον μὲν πρῶτον διεμέτρεον, αὐτὰρ ἔπειτα
[b] Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες,
Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.
Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον.
Ὧδε δέ τις εἴπεσκεν Ἀχαιῶν τε Τρώων τε.
Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,
[c] Ὁππότερος τάδε ἔργα μετ' ἀμφοτέροισιν ἔθηκε,
Τὸν δὸς ἀποφθίμενον δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω,
Ἡμῖν δ' αὖ φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ γενέσθαι.
Ὣς ἄρ' ἔφαν· πάλλεν δὲ μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ,
Ἂψ ὁρόων· Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσεν.
Οἱ μὲν ἔπειθ' ἵζοντο κατὰ στίχας, ἧχι ἑκάστῳ
Ἵπποι ἀερσίποδες καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφ' ὤμοισιν ἐδύσατο τεύχεα καλὰ
Δῖος Ἀλέξανδρος, Ἑλένης πόσις ἠϋκόμοιο.
Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
Καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας·
Δεύτερον αὖ, θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν
Οἷο κασιγνήτοιο Λυκάονος· ἥρμοσε δ' αὐτῷ
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
Χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε.
Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν,
Ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν·
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει.
Ὣς δ' αὔτως Μενέλαος ἀρήϊος ἔντε' ἔδυνεν·
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἑκάτερθεν ὁμίλου θωρήχθησαν,
Ἐς μέσσον Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἐστιχόωντο,
Δεινὸν δερκόμενοι· θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντας
Τρῶάς θ' ἱπποδάμους καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.
Καί ῥ' ἐγγὺς στήτην διαμετρητῷ ἐνὶ χώρῳ,
Σείοντ' ἐγχείας, ἀλλήλοισιν κοτέοντε.
Πρόσθε δ' Ἀλέξανδρος προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
Καὶ βάλεν Ἀτρείδαο κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην·
γρ. χαλκὸς — Οὐδ' ἔρρηξεν* χαλκόν, ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμὴ
Ἀσπίδ' ἐν κρατερῇ· ὁ δὲ δεύτερος ὄρνυτο χαλκῷ
Ἀτρείδης Μενέλαος, [d] ἐπευξάμενος Διὶ πατρί·
Ζεῦ ἄνα, δὸς τίσασθαι ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε,

Dixit & in currum agnos posuit diuinus vi
Et ascendit ipse, & habenas reducebat retrors
Iuxta .a. ipsum Antenor perpulchrũ ascendit c
Hi quidem retrogradi ad Troiam redierunt.
Hector autem Priami filius, & nobilis Vlysses
Locum quidem primum dimetiebantur, ac post
Sortes in galea ærea iaciebant accipientes,
Vter prius emitteret æream hastam.
Populi .a. supplicabant Dijs, & manus eleuaba
Sic .a. aliquis dicebat Achiuorumq; Troianoru
Iupiter pater, qui Idæ præes, gloriosissime, ma
Vter horum operum inter vtrosq; author fuit,
Hunc da inter emptum penetrare domũ Orci
Nobis autem rursus amicitiam & fœdera rata
Sic dixerũt: iacebat .v. magnus galeã ornatã
Retrò respiciens: Paridis .a. citò sors exiuit. (H
Hi quidem postea sedebãt per ordines, vbi vn
Equi facilè pedes leuantes, & variegata arma
Sed hic circa humeros induit arma pulchra (
Diuinus Alexander Helenæ maritus pulchricom
Ocreas quidem primùm circa tibias posuit
Pulchras argenteis fibulis adaptatas.
Secundò rursus thoracem circa pectora induit
Sui fratris Lycaonis: quadrauit aũt ipsi: (dicti
Circa aũt humeros suspendit ensem argenteis c
Aereum: sed postea scutum magnumq; graueq;.
Capiti .a. forti galeã affabrefactã imposuit (ta
Cristatã ex setis equinis: horribile .a. crista desu
Accepit .a. fortẽ lãceam, quæ ipsi manib. quadra
Sic .a. eodẽ modo Menelaus Mauortius arma ind
Hi postquã igitur ex vtraq; parte exercitus armati
In medium Troianorum & Græcorum processer
Toruè intuentes: stupor aũt occupabat aspiciente
Troianosq; equitãdi peritos, & bene ocreatos Ach
Et propè steterunt dimenso in loco,
Quatientes lanceas sibi inuicem irati.
Prius autem Alexander emisit longam hastam,
Et assecutus est Atridæ scutum vndiq; æquale.
Neq; perrupit ferrum: reflexa est enim eius cuspis
Scuto in forti. Ille autẽ secundus mouit se ferro
Atrides Menelaus supplicans Ioui patri:
Iupiter rex, da vlcisci, qui me prior iniuria aff

α' λέξανδρον, καὶ ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον,
ρά τις ἐρρίγῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων,
δόκον κακὰ ῥέξαι ὅ κεν φιλότητα παράσχῃ.
ρα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
βάλε Πριαμίδαο κατ' ἀσπίδα πάντοσε ἴσην.
ιὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς * ὄμβριμον ἔγχος.
ὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο·
ικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα
ος· ὁ δ' ἐκλίνθη, καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν.
τρείδης δ' ἐρυσσάμενος ξίφος ἀργυρόηλον,
ληξεν ἀνασχόμενος κόρυθος φάλον· ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ
ιχθά τε καὶ τετραχθὰ διατρυφὲν ἔκπεσε χειρός.
τρείδης δ' ᾤμωξεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·
εῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος·
τ' ἐφάμην * τίσασθαι Ἀλέξανδρον κακότητος·
ῦν δέ μοι ἐν * χείρεσσ' ἐάγη ξίφος· ἐκ δέ μοι ἔγχος
ἠΐχθη παλάμηφιν ἐτώσιον, οὐδ' ἔβαλόν μιν.
Ἦ, καὶ ἐπαΐξας κόρυθος λάβεν ἱπποδασείης·
ἕλκε δ' ἐπιστρέψας μετ' ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.
ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμὰς ἁπαλὴν ὑπὸ δειρήν,
ὅς οἱ ὑπ' ἀνθερεῶνος ὀχεὺς τέτατο τρυφαλείης.
καί νύ κεν εἴρυσσέν τε, καὶ ἄσπετον ἤρατο κῦδος,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη,
ἥ οἱ ῥῆξεν ἱμάντα βοὸς ἶφι κταμένοιο·
κεινὴ δὲ τρυφάλεια ἅμ' ἕσπετο χειρὶ παχείῃ.
τὴν μὲν ἔπειθ' ἥρως μετ' ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
ῥῖψ' ἐπιδινήσας, κόμισαν δ' ἐρίηρες ἑταῖροι.
αὐτὰρ ὁ ἂψ ἐπόρουσε κατακτάμεναι μενεαίνων
ἔγχεϊ χαλκείῳ· τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη
ῥεῖα μάλ', ὥστε θεός· ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ·
κὰδ δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι.
αὐτὴ δ' αὖθ' Ἑλένην καλέουσ' ἴε. τὴν δ' ἐκίχανε
πύργῳ ἐφ' ὑψηλῷ· περὶ δὲ Τρῳαὶ ἅλις ἦσαν.
χειρὶ δὲ νεκταρέου ἑανοῦ ἐτίναξε λαβοῦσα·
γρηῒ δέ μιν εἰκυῖα παλαιγενέι προσέειπεν
εἰροκόμῳ, ἥ οἱ Λακεδαίμονι ναιετοώσῃ
ἤσκειν εἴρια καλά, μάλιστα δέ μιν φιλέεσκε·
τῇ μιν ἐεισαμένη προσεφώνεε δῖ' Ἀφροδίτη,
Δεῦρ' ἴθ'. Ἀλέξανδρός σε καλεῖ οἶκόνδε νέεσθαι.
κεῖνος ὅγ' ἐν θαλάμῳ καὶ δινωτοῖσι λέχεσσι,
κάλλεΐ τε στίλβων καὶ εἵμασιν· οὐδέ κε φαίης
ἀνδρὶ μαχεσσάμενον τόν γ' ἐλθεῖν, ἀλλὰ χορόνδε
ἔρχεσθ', ἠὲ χοροῖο νέον λήγοντα καθίζειν.
Ὣς φάτο· τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε·
καί ῥ' ὡς οὖν ἐνόησε θεᾶς περικαλλέα δειρὴν,
στήθεά θ' ἱμερόεντα, καὶ ὄμματα μαρμαίροντα,
θάμβησέν τ' ἄρ' ἔπειτα, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε·
Δαιμονίη, τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν;
ἦ πῄ με * προτέρω πολίων εὖ ναιομενάων
ἄξεις ἢ Φρυγίης, ἢ Μῃονίης ἐρατεινῆς;
εἴ τίς τοι * καὶ κεῖθι φίλος μερόπων ἀνθρώπων·
οὕνεκα δὴ νῦν δῖον Ἀλέξανδρον Μενέλαος
νικήσας ἐθέλει στυγερὴν ἐμὲ οἴκαδ' ἄγεσθαι,
τοὔνεκα δὴ νῦν δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης;
ἧσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα, θεῶν δ' ἀπόειπε κελεύθους·
μηδ' ἔτι σοῖσι πόδεσσιν ὑποστρέψειας Ὄλυμπον,
ἀλλ' αἰεὶ περὶ κεῖνον ὀΐζυε, καί ἑ φύλασσε,
εἰς ὅ κέ σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται, ἢ ὅγε δούλην.

Nobilem Alexandrum, & meis sub manibus doma,
Vt aliquis timeat & posterorum hominum,
Hospitem iniuria afficere, qui amicitiam præbuerit.
Dixit, & vibrans emisit longam lanceam,
Et assecutus est Priamidæ scutum vndiq; æquale.
Per quidē scutum penetrauit lucidū robusta lancea,
Et trans thoracem affabrè factum infixa est.
E regione autem iuxta ile discidit tunicam
Lancea: hic. a. inclinat⁹ est, & euitauit mortē nigrā:
Atrides. a. educens ensem argenteis clauis distinctū,
Percußit eleuans galeæ conum: circum autem ipsum
In tria & quatuor frusta disruptus excidit manu.
Atrides. a. ingemuit, suspiciens in cœlum latum:
Iupiter pater, nullus te Deorum perniciosior alius:
Certè speraueram me vlturū Alexandrū de iniuria:
Nūc. a. mihi in manib. fractus est ensis, mihi. a. lancea
Emissa est manu, incassum, neq; assecutus sum ipsum.
Dixit & irruens de galea apprehendit eū equiseta,
Traxit. a. conuertens eum ad bene ocreatos Græcos.
Præfocabat autem ipsum acu pictum lorum teneram sub gulam
Quod ipsius sub mēto retinaculū distensū erat galeæ:
Et quidem traxisset, & magnam tulisset gloriam,
Nisi citò intellexisset Iouis filia Venus,
Quæ ipsi rupit lorum bouis fortiter occisi.
Inanis. a. galea simul sequebatur manum crassam.
Hanc quidē postea heros inter bene ocreatos Achiuos
Proiecit cōtorquens: susceperunt. a. eā amabiles socij.
Sed hic rursus irruit interficere cupiens
Lancea ferrea, illum autem abripuit Venus
Facilè valde, nēpe Dea: cooperuit. a. caligine multa:
Collocauit. a. in cubiculo suaue olenti, odorato.
Ipsa rursus Helenā vocatura iuit: hanc autē offendit
Turri in alta: circa aūt Troianæ abundè erant.
Manu. a. de diuina veste eā concußit apprehendens:
Anui autem similis vetulæ ipsam allocuta est,
Lanam tractanti: quæ ipsi Lacedæmone habitanti
Exercebat lanas pulchras: maximè. a. ipsā diligebat:
Huic similis ipsam allocuta est diua Venus,
Huc veni: Alexander te vocat domum redire:
Ille hic est in cubiculo, & torno factis lectis,
Pulchritudineq; splendens, & vestibus, neq; dixeris
Ex eo loco vbi cum viro pugnârit, huc venire, sed ad choream
Ire, vel à chorea modò cessantem sedere.
Sic dixit: huic aūt animū in pectorib. commouit:
Et postquam igitur cognouit Deæ pulchrum collum,
Pectoraq; desiderabilia, & oculos fulgentes,
Stupuitq; postea, verbumq; dixit & elocuta est:
Misera, cur me his cupis decipere?
Aut quò me vlterius ciuitatum bene habitatarum
Duces, vel Phrygiæ, vel Mæoniæ amabilis?
Si quis tibi & illic amicus diuersilinguium hominū.
Quoniam verò nunc diuinus Alexandro Menelaus
Victo, vult odiosam me domum abducere,
Propterea verò nunc huc dolum cogitans aduenisti?
Sede apud ipsum vadens, Deorum. a. abnega vias,
Neq; vnquam tuis pedibus reuertaris in cœlum:
Sed semper circa eū ærumnas perfer, & ipsum serua,
Donec te vel vxorem faciat, vel hic seruam.

Κεῖσε

Κεῖσε δ' ἐγὼν οὐκ εἶμι (νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη)
Κείνου * πορσυνέουσα λέχος· Τρωαὶ δέ μ' ὀπίσσω *γρ. πορσανέουσα.*
Πᾶσαι μωμήσονται· ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ.
Τὴν δὲ χολωσαμένη προσεφώνεε δῖ' Ἀφροδίτη,
Μή μ' ἔρεθε σχετλίη, μὴ χωσαμένη σε μεθείω,
Τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα·
Μέσσω δ' ἀμφοτέρων μητίσομαι ἔχθεα λυγρὰ
Τρώων καὶ Δαναῶν. σὺ δέ κεν κακὸν οἶτον ὄληαι.
Ὣς ἔφατ'. ἔδδεισεν δ' Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα.
Βῆ δὲ κατασχομένη ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ
Σιγῇ· πάσας δὲ Τρῳὰς λάθεν· ἦρχε δὲ δαίμων.
Αἱ δ' ὅτ' Ἀλεξάνδροιο δόμον περικαλλέ' ἵκοντο,
Ἀμφίπολοι μὲν ἔπειτα θοῶς ἐπὶ ἔργα τράποντο·
Ἡ δ' εἰς ὑψόροφον θάλαμον κίε δῖα γυναικῶν.
Τῇ δ' ἄρα δίφρον ἑλοῦσα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Ἀντί' Ἀλεξάνδροιο θεὰ κατέθηκε φέρουσα.
Ἔνθα κάθιζ' Ἑλένη, κούρη Διὸς αἰγιόχοιο,
Ὄσσε πάλιν κλίνασα. πόσιν δ' ἠνίπαπε μύθῳ,
[h] Ἤλυθες ἐκ πολέμου. ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι,
[i] Ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ ὃς ἐμὸς πρότερος πόσις ἦεν.
Ἦ μὲν δὴ πρίν γ' εὔχε' ἀρηϊφίλου Μενελάου,
Σῇ τε βίῃ, καὶ χερσὶ καὶ ἔγχει, φέρτερος εἶναι·
Ἀλλ' ἴθι νῦν προκάλεσσαι ἀρηΐφιλον Μενέλαον
Ἐξαῦτις μαχέσασθαι ἐναντίον· ἀλλά σ' ἔγωγε
[k] Παύσασθαι κέλομαι, μηδὲ ξανθῷ Μενελάῳ
Ἀντίβιον πόλεμον πολεμίζειν, ἠδὲ μάχεσθαι
Ἀφραδέως, μήπως τάχ' ὑπ' αὐτοῦ δουρὶ δαμείης.
Τὴν δὲ Πάρις μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπε·
[l] Μή με γύναι χαλεποῖσιν ὀνείδεσι θυμὸν * ἔνιπτε. *γρ. ἔνιπτε.*
Νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ·
Κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ· πάρα γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν.
Ἀλλ' ἄγε δὴ φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε.
Οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν,
Οὐδ' ὅτε σε πρότερον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς
Ἔπλεον ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι,
Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ·
Ὥς σεο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.
Ἦ ῥα, καὶ ἦρχε λέχοσδε κιών, ἅμα δ' εἵπετ' ἄκοιτις.
Τὼ μὲν ἄρ' ἐν τρητοῖσι κατεύνασθεν λεχέεσσιν.
Ἀτρείδης δ' ἀν' ὅμιλον φοίτα θηρὶ ἐοικώς,
Εἴπου ἐσαθρήσειεν Ἀλέξανδρον θεοειδέα.
Ἀλλ' οὔτις δύνατο Τρώων κλειτῶν τ' ἐπικούρων
Δεῖξαι Ἀλέξανδρον τότ' ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ.
Οὐ μὲν γὰρ φιλότητί γ' ἐκεύθανον, εἴ τις ἴδοιτο.
Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.
Τοῖσι δὲ καὶ μετέειπεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων·
Κέκλυτέ μευ Τρῶες καὶ Δάρδανοι ἠδ' ἐπίκουροι.
[m] Νίκη μὲν δὴ φαίνετ' ἀρηϊφίλου Μενελάου,
Ὑμεῖς δ' Ἀργείην Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ
Ἔκδοτε, καὶ τιμὴν ἀποτινέμεν ἥντιν' ἔοικεν,
Ἥ τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέληται.
Ὣς ἔφατ' Ἀτρείδης, ἐπὶ δ' ᾔνεον ἄλλοι Ἀχαιοί.

Illuc autem ego non ibo (vituperabile enim esset)
Illius ornatura lectum: Troianæ autem me postea
Oēs vituperabunt: habeo.a.dolores immēsos ani
Hanc autem irata allocuta est diuina Venus.
Ne me irrites misera, ne irata te deseram:
Sic verò te odio habeam, sicut nunc mirificè dile
In medio autem vtrorum struam odia pernitio
Troianorum & Danaorum: tu aūt malo fato pe
Sic dixit: timuit autem Helena Ioue nata.
Iuit autem cooperta velo candido, splendido,
Tacitè: omnes.a.Troadas latuit: præibat aūt De
Hæ.v.quando Alexandri domum pulchrā vener
Ancillæ qdē postea velociter ad opera cōuertebā
Hæc.a.in altū thalamū ascēdit præstātissima m
Huic aūt sellam capiens amans risum Venus (in
Ex aduerso Alexandri Dea deposuit ferens.
Ibi resedit Helena filia Iouis Aegiochi,
Oculos retrò inclinās, maritum.a.obiurgauit v
Venisti ex bello, vtinam illic perijsses,
A viro interfectus forti, qui meus prior marit⁹
Certè quidem anteà gloriaberis bellicoso Menela
Tua vi & manibus, & lancea præstantior esse
Sed vade nunc, prouoca bellicosum Menelaum,
Rursus pugnare ex aduerso: sed te ego
Cessare iubeo: neq; flauum Menelaum
Contra bellum bellare & pugnare
Stultè, ne quo modo fortè ab ipso lancea sternar
Hanc.a.Paris verbis mutuo respondēs allocut
Ne mihi mulier acerbis opprobrijs animum læd
Nunc etenim Menelaus vicit cum Minerua:
Illum rursus ego vincā: nā Dij adsunt etiam nob
Sed age amore oblectemur cubantes.
Non enim vnquam me sic amor mente cōplexus
Nec quando te prius Lacedæmone ex amabili
Nauigabam rapta in pontigradis nauibus,
Insulaq; in Cranaë mistus sum amoreq; & lecto:
Sicut te nunc amo, & me dulce desiderium capi
Dixit & præibat in lectum ascendens: simul
sequebatur vxor.
Hi quidem in perforatis cubarunt lectis.
Atrides.a.per turbam vagabatur feræ sim
Sicubi videret Alexandrum diuinum:
Sed nullus poterat Troianorū inclytorūq; auxili
Ostendere Alexandrum tunc bellicoso Menelao
Neq;.n.per amicitiā saltē abscondissent, si qs vid
Aequè enim ipsis omnibus odio erat atq; mors ni
Inter eos autem locutus est rex virorū Agamem
Audite me Troiani & Dardani, & auxiliar
Victoria quidem apparet bellicosi Menelai:
Vos autem Argiuam Helenam, & opes cum ipsa
Reddite, & mulctam pendite quæ decet,
Quæ etiam inter futuros homines memoretur.
Sic dixit Atrides: approbabant autem cæteri Achi

Commentarivs.

a ἄρνας μὲν] Eustathius hoc loco subintelligendum monet, quod Homerus subticuit, nimirum indigenas humo defodis quæ in fœdere iugulata sunt: aduenas, id est, Græcos in mare proiecisse aut simile quippiam, vt ex sue colligere est, quem al Rex immolat: ea enim, quæ sacrificabantur, degustare nefas erat.

b κλήρους ἐν κυνέῃ] Huius sortitionis militaris meminit Sophocles in Aiace, vbi sic de Aiace Teucer loquitur: χὤτ' αὖθις αὐτ τοῦδε μόνος μόνου Λαχών τε κἀκέλευστος ἦλθεν ἀντίος Οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον εἰς μέσον καθεὶς Ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον, ἀλλ' ὃς εὐλόφ

ὡς ἔμελλε πρότερος ἀφιέναι χάλκεον ἔγχος; Sors autem illa simpliciter intelligitur de certamine subeundo, cùm Aiax sorte electus est, vt cum Hectore pugnaret, quod aliàs apud hunc Poëtam nostrum videbimus: hîc verò de emissione hastæ priore fit sortitio, quæ Paridi obtigit.

ὁππότερος τάδε ἔργα] Hoc in Paridem deprecari Græcos & Troianos intelligendum est, non ambiguè, quasi dubitarent quis esset huius belli caput.

πολύξαμβος Διὶ πατρί,] Iusta causa fretus Menelaus Iouem hospitalem aduersus Paridem implorat, quasi ad eum propriè huius facti vltio pertineat, cùm de violatione hospitij agatur: contrà Paris vel sceleris sibi conscius tacuit, vel quia pios magis Græcos quàm Troianos vbiq; Homerus proposuit.

Ζεῦ πάτερ] Vox impia ab homine irato promanans, quod pio homini cauendum est ne imitetur, etsi interdum pij quoq; iusto dolore perciti, vbi præcipuè flagitiosorum supplicia differri vident, soleant cum Deo libertate non omnino damnanda expostulare: id modestè tamen faciendum est. Seneca lib. 1. de Ira, vbi voces iratorum ventosas, & nihil magni in se continere, licet ita videantur, disputat, memorat C. Cæsarem hunc versum subinde pronunciasse iratum cœlo, quòd obstreperet Pantomimis, quos imitabatur studiosiùs quàm spectabat, quodque comessatio sua fulminibus terreretur: itaque ad pugnam vocabat Iouem, & quidem sine intermissione hoc carmē Homericum exclamabat. Quanta, inquit Seneca, dementia fuit? Putauit aut sibi noceri ne à Ioue quidem posse, aut se nocere etiam Ioui posse. Non puto, parum momenti hanc eius vocem ad incitandum coniuratorum animos addidisse. Vltimæ enim patientiæ visum est eum ferre, qui Iouem non ferret.

τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη] Sæpe vbi de Dijs Homerus loquitur, vt hic, vtendum est cautione illa, quam Plutarchus proponit, ea fabulosa esse, & Poëtas lubenter mentiri. Proinde hæc narratio de Venere Paridem eripiente mera est fabula, vnde tota veritas huius rei ex historia petenda est. Quam audire non erit incommodum, quia docebit, vt aliàs monuimus, non planè à fide historiæ Homerum recedere. Hoc ergo Menelai & Paridis duellum describens Dictys Cretensis lib. 2. accidisse ait in medio pugnæ æstu, non in initio, vt voluit Homerus. Cæterùm, inquit, Menelaus fortè conspicatus Alexandrum magno impetu irruit: quem euitans, nec eius sustinere ausus Alexander, fugam capit. At vbi procul animaduertit Hector, concurrens cum Deiphobo, comprehendere eum, eumq; verbis maledictisq; acrioribus insecuti, ad postremum cogunt, vti progressus in medias acies, eundem Menelaum quiescentibus cæteris solitario certamine lacesseret. Igitur producto ad bellandum Alexandro, progressoq; ante aciem, quod eum lacessentis videbatur, postquam procul animaduertit hunc Menelaus, demum occasionem inuadendi inimicissimi sibi magis oblatam, etiam ratus iamque confidens omnium iniuriarum pœnas lui sanguine eius, omnibus animis aduersum pergit. Sed vbi contrà tendere paratos armis atque animis vterque exercitus animaduertit, cuncti signo dato recedunt. Iamque vterque gradu aduersum incedens, intra iactum teli peruenerant: quum Alexander præuenire cupiens, simulq; ratus primo iaculi ea locum vulneri inuenturum, præmittit hastam, eaque illisa clypeo facilè incussa est. Dein Menelaus magno impetu iaculatur, planè casu dissimili. Namq; parato iam ad cauendum, ictumq; declinante hoste, telum humi figitur. At vbi nouis iaculis manus vtriusque redarmatæ sunt, pergunt contrà. Tum demum Alexander ictus femur, cadit. Ac ne mox hosti vltionem cum summa gloria concederet, pessimo exemplo intercessum est. Nam cùm ad interficiendum eum educto gladio irrueret Menelaus, ex occulto sagitta Pandari vulneratus, in ipso impetu repressus est. Igitur à nostris clamore orto, simulq; cum ira indignantibus, quòd duobus aduersum se seorsum, quorum maximè gratia conflatum esset bellum, decernentibus, repentè à Troianis pessimo more interpellaretur. Rursus globus Barbarorum ingruens, Alexandrum è medio rapit, &c. quæ enim de Pandaro sequuntur, ad librum sequentem pertinent. Hîc autem vides, quod Veneri Homerus tribuit, id ipsis Barbaris ab historico tribui, qui Paridi sint opitulati. Dares Phrygius meminit prælij, in quo Menelaus & Aiax Alexandrum persecuti sint: quos respiciens Alexander, sagitta Menelai femur transfixit. Ille dolore commotus, pariter cum Aiace Locro non cessauit eum persequi. Quos vt vidit Hector instantes fratrem persequi, suppetias laturus venit cum Aenea: quem Aeneas clypeo protexit, & de prælio ad ciuitatem abduxit. Ita difficile est, vt in eadem re scribenda plures omnino consentiant.

g ...νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη κείνου πορσυνέουσα λέχος] Pudicè recusat Helena interdiu cum marito concumbere, quasi res esset turpis & indecora. Hunc locum Plut. in lib. de Aud. Poëtis sic attingit: Quinimò de loquentis persona suspicio insinuata & factum & orationem suspectam reddit, vt mala & à malis profecta. Tale est quod Homerus Paridem è prælio profugum cum Helena concumbere facit. Nam cùm neminem alium interdiu cum vxore rem habere commemoret, preter intemperantem hunc & adulterum, satis euidenter docet, se id eo opprobrij & reprehensionis causa referre, &c. Quod quidem propriè ad posteriora pertinet. Sed & hîc ἄτοπον non est, vt ex comparatione Paridis intemperantiæ cōtrarium in Helena recusante libidini illius intempestiuæ obsecūdare, iudicemus: quanquam perpetua non fuit & constans illa voluntas Helenæ: adeò est arduum, virtutes tenaciter amplecti, vt voluptatum imperium minimè admittamus.

h ἤλυθες ἐκ πολέμου.] Eraton apud Plutar. Symp. lib. 9. cap. 1, monet plerunque nonnullos intempestiuè carmina commemorasse: exempli gratia. Pompeio Magno fama est à magna illa reduci expeditione magistrum eius filiæ specimen dantem, cùm allatus liber esset, illius huiusmodi exordium præbuisse, ἤλυθες ἐκ πολέμου, &c.

i ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ,] Hîc se φίλανδρον esse docet Helena, cum de Menelao loquitur, quem robore & virtute bellica adultero præfert.

k ...ἐγὼ ...κέλομαι,] Hoc adulanter dictum vult Eustathius: potest tamen, vt diximus, & ironicè intelligi, imò satis mordaci σαρκασμῷ, vbi imbecillitatem & ignauiam Paridis carpit.

l ...γύναι] Respondet Helenæ obiurgationibus Paris, quibus ei ignauiam tacitè obijciebat, quòd à Menelao viro longè fortiore superatus esset. Quod postremum fatetur, sed illud priùs amolitur, cùm Menelaum non propria fortitudine victorem extitisse, sed Mineruæ auxilio dicit: at hominem à Dijs vinci non est dedecus. Et ne Helena desertum eum à Dijs existimet, subijcit deinde, m. vt hæc victoria etiam olim in suas partes Deorum opera alternetur, quos omnes à se non habeat alienatos. Tandem mollis, effeminatus, & spurcus ille adulter nihil sibi propterea de libidine sua imminutum dicit, sed nunc magis ea corripi, quàm vnquam aliàs, nequidem cùm primùm ea ipsi dedit (Latini ita rectè exprimunt τὸ μίσγεσθαι in re venerea) in insula Cranaë. Quod me ... vt præsens desiderium ea potiundi quàm sit ingens ostendat, cùm alioqui primi concubitus soleant esse ardentiores. Vbi ... dum est, agnoscere Poëtam raptum Helenæ factum à Paride. Quod cùm expendo diligentiùs (in voce ἁρπάξας) videtur Eustathius falli qui sponte secutam Paridem Helenam dicat, vt nos etiam suprà lib. 2. pag. 37. annotabamus, in vocibus ὁρμήματά τε στοναχάς τε. Nam hic manifestè se Helenam rapuisse dicit Paris. Sed rapientē potuit illa sequi, nimirum ἑκοῦσα ἀέκοντί γε θυμῷ. ... tus non tam ex raptæ quàm ex rapientis persona ponderatur, imò & qui volentem, vt vxorem alienam, abducit, si in aliorum potestate rapere eam propriè dicetur, quòd sine eorum consensu id factum sit.

os instructo milite campos.
c Musæ(quid enim non ordine nostis?)
ducum clarosque referte parentes,
ias,nam sunt hæc munera vestra:
quisque rates ad Pergama duxit,
ragamus opus,sitque autor Apollo,
s operi per singula nostro.
ceps bello Laertius acer,
x,Clonius dux, atque Protenor
quinas duxêre carinas,
ido pulsarunt remige fluctus.
s Agamemnon finibus ortus,
git bellatrix Græcia regem,
lenas armato milite puppes.
Menelai nauibus ardor
demque ferox Agapenoris irá.
us solerti pectore Nestor,
otens,gemina cum prole suorum
s munitus in arma carinis.
te potens & Epistrophus ingens,
donum,sæui duo robora belli,
nis pulsarunt æquora proris.
Polybetes atque Leontes
s ornatas milite forti.
lenusque ferox,& fortis in armis
o pulsarunt remige pontum,
genas onerarunt milite puppes.

Ascalaphusque potens,& Telamus acer,vterque
Ter denas valido complerunt milite naues.
At his vigenas equitum fortissimus Aiax
Instruxit puppes,totidemque Abantore natus,
Quos iuxta Graiûm ductor comitatur Achilles,
Cum quinquaginta materna per æquora vectus.
Thessalici iuuenes Pedippus & Antipus ibant,
Altaque ter denis sulcarunt æquora proris.
Et tribus assumptis ratibus secat æquora Teucer,
Triptolemusq; nouem,Rhodius quos viribus acer
Emeneleus sequitur minus vna naue profectus,
Quam duxit Telamone satus Salaminius Aiax.
Alcropus,& magno Thestoride natus,& vna
Eubocca,ac magnis Helpenor finibus ortus,
Dulichiusq; Meges,animisque insignis & armis,
Et clara de gente Thoas Andromene natus,
Hi quadragenas omnes duxêre carinas.
Et bis sex Ithaci naues solertia duxit:
Quam sequitur totidem ratibus Telamonius Aiax
Egregia virtute potens,simul ordine Phineus
Ire bis vndenis tentabat in arma carinis.
Idomeneus & Meriones, Cretæus vterque,
Bis quadragenis muniti nauibus ibant,
Et totidem puppes clara de gente Menetes
Duxit Athenæus,quos viribus ambit Achilles.
Amphimachusq; ferox,Alpinus & Elide nati,
Et clari virtute Polixeus atque Diares.
Hi bis vigenas onerarunt milite naues.
Protesilaus âgit totidem fortisque Podartes
Instructas puppes,quas duxit Oileus Aiax.
At septem Vetonte satus tulit arma carinis,
Quem sequitur iuxta Podalirius atque Machaon,
Altaque ter denis sculcarunt æquora proris.
His ducibus Graiæ Troiana ad littora puppes
Bis septem venêre minus , quàm mille ducentæ:
Iamque citò appulerunt classes camposq; tenebant,
Tunc pater ad Priamum misit Saturnius Irim,
Quæ doceat fortes venisse ad bella Pelasgos.
Nec mora,continuò iussu capit arma parentis
Priamides Hector,totamq; in prælia pubem
Festinare iubet,portisq; agit agmen apertis.
Cui fulgens auro cassis iuuenile tegebat
Omni parte caput,munibat pectora thorax,
Et læuam clypeus,dextram decorauerat hasta,
Ornabatque latus mucro,simul alta nitentes
Crura tegunt ocreæ,quales decet Hectoris esse.
Hunc sequitur forma melior, non fortis in armis,
Belli causa Paris,patriæ funesta ruina,
Deiphobusque Helenusq; simul , fortisq; Poletes,
Et sacer Aeneas Veneris certissima proles.
Archilochusque Athamasque ferox Antenore nati.
Necnon & proles generosa Lycaonis ibat
Pandarus,& magnæ virtutis Glaucus in armis,
Amphionque, Adrastus, & Austius atque Phialtes.
Ibat & Amphimachus Mariusque insignis vterque,
Magnanimiq; duces Rhodius & Epistrophus ingens
Euphoriusque ferox,clarusque ætate Pyragmes,
Cum quibus Enesteus ac Amphius,& bonus armis
Ipothus atque Othamas venêre,Pigerius vnà
Ixioneq; sati,Crontusq; & Emonius,ambo
Florentes ætate viri , quos fortis & ingens
Ascanius sequitur,simul & Iouis inclyta proles
Sarpedon, claraque satus tellure Chorœbus.
His se defendit ducibus Neptunia Troia,
Vicissentq; dolo Danaûm,nisi fata vetassent.
Iamque duæ stabant acies fulgentibus armis,
Cùm Paris exitium Troiæ & funesta ruina,
Armatum aduerso Menelaum ex agmine vidit,

Seque

Seque velut viso perterritus angue recepit
Ad socios amens. quem postquam turpiter Hector
Confusum terrore videt: Proh dedecus, inquit,
Aeternum patriæ, generisque infamia nostri,
Terga refers? at non dubitabas hospitis olim
Expugnare toros, cuius nunc defugis arma
Vimq; times, vbi nunc vires, vbi cognita nobis
Ludorum quondam vario certamine vis est?
Hic animos ostende tuos, nil adiuuat arma
Nobilitas formæ, duro Mars milite gaudet.
Dum iaceas in amore tuo, nos bella geremus
Scilicet, vt nostrum fundamus in hoste cruorem.
Aequius aduersis tecum concurrat in armis
Impiger Atrides, spectet Danaûmq; Phrygumque
Depositis telis populus, vos fœdere iuncto
Aduersas conferte manus, decernite ferro,
Vestrûm nunc Helenam sumat quis rectius ipsam.
Dixit quæ contrà paucis Priameius heros,
Quid nimis indignis (inquit) me vocibus vrges,
O patriæ germane decus? nam nec mihi coniunx
Pronaq; luxuria est, fungor virtutis amore,
Nec vires dextramq; viri tentare recuso,
Dummodo victorem coniunx cum pace sequatur.
Dicta refert Hector, placuit sententia Graijs.
Protinus accitur Priamus, sacrisq; peractis
Fœdera iunguntur: post hæc discedit vterque
Depositis telis populus campusq; patescit.
Interea toto discedit ab agmine Troum
Pulcher Alexander clypeoq; insignis & hasta,
Quem contrà paribus fulgens Menelaus in armis
Constitit, & tecum mihi sunt certamina dixit,
Nec longum nostra lætabere coniuge, quæ te
Mox rapuit regem, tantummodo Iuppiter assit.
Dixit, & aduersum se concitat acer in hostem.
Ille virum forti venientem reppulit ictu,
Seque gradu celeri recipit, longeq; frementem
Hastam deinde iacit, quam deuitauit Atrides.
Inque vicem misso fixisset pectora telo
Prædonis Phrygij, nisi vastum ferrea corpus
Texisset lorica viri septemplice tergo.
Insequitur iuxtà clamor, tum aduersus vterque
Constitit, & galea galeam terit, & pede plantam
Coniungit, strident mucro mucrone corusco,
Corpus collectum tegitur fulgentibus armis.
Non aliter fortes nitida pro coniuge tauri
Bella gerunt, vastisque replent mugitibus auras.
Atque diu rigido captabant corpora telo,
Tunc memor Atrides raptæ sibi coniugis, instat,
Dardaniumq; premit iuuenem mox ense rigenti,
Cedentemq; retrò dum desuper appetit hostem,
Splendidus extremas galeæ percussit ad oras.
Desiluit mucro: gemuerunt agmina Graiûm.
Tunc verò ardescit, quamuis manus ense carebat,
Et iuuenem arrepta prosternit casside victor,
Ad socios traheretque, nisi caligine cæca
Texisset Citherea virum, subiectaque mento
Fortia rupisset laxatis vincula nodis,
Vltimus ille dies Paridi foret abstrahit auro
Fulgentem galeam secum Menelaus, & ardens
In medios mittit proceres, rursumque recurrit,
Et magnam validis contorsit viribus hastam
In cladem Phrygij. sua quem Venus eripit hosti,
Et secum in thalamos defert testudine structos,
Ipsa dehinc Helenam muris accersit ab altis,
Dardanioq; suos Paridi deducit amores.
Quem tali postquam conspexit voce locuta est:
Venisti mea flamma Paris, superatus ab armis
Coniugis antiqui. vidi puduitque videre,

Arreptum cùm te traheret violentus Atride[s]
Iliacoque tuos fœdaret puluere crines:
Nostraque (me miseram) timui ne Doricus [...]
Oscula discuteret, totus mihi mente relict[...]
Fugerat ore color, sanguisque reliquerat ar[tus].
Quis te cum sæuo contendere iussit Atrida[...]
An vaga fama tuas nondum peruenit ad au[res]
De virtute viri? moneo ne rursus iniquæ
Illius tua fata velis committere dextræ.
Dixerat, & largis perfudit fletibus ora.
Tristis Alexander, non me superauit Atrid[es]
O meus ardor, ait, sed castæ Palladis ira.
Mox illum nostris succumbere turpiter ar[mis]
Aspicies, aderitque meo Citherea labori.
Post hæc amplexu per mutua corpora iun[cto]
Incumbit membris Cygneidos, illa soluto [...]
Accepit flammas gremio Troiæque suasq; [...]
Interea toto Menelaus in agmine Troum [...]
Quærit Alexandrum, victorque huc fertu[r ...]
Quem frater socias acuens in bella caterua[s]
Adiuuat, & forti populos Phryges increp[...]
Et seruare iubet leges, Helenamque repo[...]
Cumque inter sese proceres certamen ha[...]
Concilium omnipotens habuit regnator [...]
Fœderaque intento turbauit Pandarus ar[...]
Te Menelaë petens, laterique volatile tel[...]
Incidit, & tunicam ferro squammisque rig[...]
Desecat. excedit bello gemebundus Atri[des]
Castraque tuta petit. quem doctus ab arte
Pæonijs curat iuuenis Podalirius herbis,
Atque iterum in cædes horrendaque præ[...]
Armauit fortes Agamemnonis ira Pelasgo[s]
Et dolor in pugnam cunctos communis [...]
Bellum ingens oritur, multumque vtrinq; [...]
Funditur, & totis sternuntur corpora cam[pis]
Inque vicem Troumque cadunt Danaûm [...]
Nec requies datur vlla viris, sonat vndique [...]
Telorumq; volant ex cunctis partibus im[bres]
Occidit Antilochus rigido demersus in v[...]
Ense Calestiadis, optataque lumina linqui[t]
Inde manu forti Graiorum terga prement[...]
Occupat Amphione fatum Telamonius A[iax]
Et prædurato transfixit corpora telo.
Purpuream vomit ille animam cum sangu[ine ...]
Ora rigat moriens. tunc maximus Antiph[us]
Viribus aduersis conatus corpore toto
Torquet in Aiacem, telumque errauit ab [...]
Inque hostem cadit. ictus in inguine Leuc[...]
Concidit infelix prostratus vulnere forti,
Et carpit virides moribundus dentibus h[erbas]
Impiger Atrides casu commotus amici,
Demophoonta petit, teloque aduersa trab[...]
Tempora transfixit, vaginaque horridus e[...]
Eripit. ille suis moriens resupinus in armi[s]
Occidit, & terram moribundus vertice pu[lsat]
Post hæc Aegæum saxi deiecerat ictu
Impiger Vmbrasides, dederatque silentib[us ...]
Tuncque auidus prædæ iuuenem spoliare [...]
Desuper hasta venit dextra vibrata Thoan[tis]
Perque viri scapulas animosaque pectora [...]
In vultus ruit ille suos, calidumque cruore[m]
Ore vomit, stratusque super sua palpitat ar[ma]
Sanguine Dardanij manabant vndique ca[mpi]
Manabant amnes passim, pugnabat vbiqu[e]
Immixtis ardens amborum exercitus armi[s]
Et modò Troianis virtus, modò crescit Ac[hiuis]
Lætaque per varios petitur victoria casus.
Hic postquam Danaûm longè cedentia [...]

ydides,tumidumq; increſcere Martem,
acies quâ plurimus eminet hoſtis
erſas proſternit cæde phalanges,
volat enſe ferox,haſtamq; coruſcat.
llas adeſt,flagrantiaq; ignibus arma
tq; animos iuueni vireſq; miniſtrat.
veluti viſo grege ſæua leæna
mulat ieiuna fames, ruit agmina contra
ta necat veſano corpora dente)
medios hoſtes Calydonius heros,
migeræ monitis & numine tutus.
dant terga Phryges,fugientibus ille
xtinctos morientum calcat aceruos.
itſternitque viros, videt ecce Thoantis
antes furibundus in agmine natos,
deumq; ſimul, quem cuſpide præceps
ntè graui,ſed vulnera depulit vmbo,
; ſolo ferrum ſtetit, haud mora,totis
orquet Tydides viribus haſtam,
tq; viri pectus:pars cuſpidis antè
prodit ſcapulis pars altera foſſis.
andentem calidum de pectore flumen,
q; oculos,animamq; per ora vomentem
frater,ſtricto celer aduolat enſe,
; cupit fatorum exiſtere vindex.
vim ſæui nec fortia ſuſtinet arma
ntraq; tamen defendere tentat.
,decerpta ſui cum corpora nati
laniare videt,nec tendere contrà
nec ferre ſuo valet anxia nato,
eſt leuibus plangit ſua pectora pennis:
Idæus germani cæde ſuperbum
ox,miſeroq; nequit ſuccurrere fratri:
ſſet,dextra cecidiſſet eadem.
us in Teucros armis furit acer Atrides,
; acies , & ferro vulnera miſcet.
ic fatis ductus occurrit iniquis
dius,quem vaſto cuſpidis ictu
ngenti ſcapulas tranſuerberat haſta.
domeum de aduerſa parte ruentem
tum,cuius poſt funera lætus
enitum Stygias dimittit ad vmbras.
uerum vibrata percutit haſta,
que necat.vaſtiſque horrendus in armis
gladio venientem Herpedona fundit,
uenem vita ſpoliauit & armis.
olitat ſinuoſo Pandarus arcu,
oculis aduerſa per agmina quærit:
quam vidit ſternentem corpora Troum,
exit contento ſpicula cornu,
humeri diſtrinxit acumine partes.
ardeſcit iuuenis Calydonius ira,
cies animoſi more leonis
ſcroneum magnumq; Alpenora fundit,
hunc gladio,iaculo ferit eminus illum.
Polydona Abathanq; cuſpide forti,
ello Xanthum, vaſtumq; Thoantum.
eſtus Croniumq; & Scemona telo
leri , pariterque ad tartara mittit.
Tydidæ proſtratus Pandare dextra
lix accepto vulnere triſti:
naris fronti coniungitur imæ,
erebrum galeæ cum parte reuulſum,
oſſa ſpargit Tydideus enſis.
s Aeneas & Calydonius heros
ent iactis inter ſe comminus haſtis,
nabant inimico pectora ferro,
debant retrò,modò deinde coibant.

Poſtquam vtriq; diu ſteterant, nec vulnera magnus
Quâ daret infeſto Tydides enſe videbat,
Saxum ingens medio quod fortè iacebat in agro,
Biſſeni quod vix iuuenes tellure leuabant,
Suſtulit,& magno conamine miſit in hoſtem.
Ille ruit proſtratus humo cum fortibus armis,
Quem Venus æthereas genitrix delapſa per auras
Accipit,& nigra corpus caligine condit.
Non tulit Oenides animo, nebulaſq; per ipſas
Fertur,& in Venerem flagrantibus irruit armis:
Et neque quem demens ferro petat inſpicit antè,
Cœleſtemq; manum mortali vulnerat enſe.
Icta petit cœlum terris Citherea relictis,
Atque ibi ſidereo queritur ſua vulnera Marti.
Dardanium Aeneam ſeruat Troianus Apollo,
Accenditque animos, iterumque ad bella reduxit.
Vndiq; conſurgunt acies,& puluere cœlum
Conditur,horrendiſq; ſonat clamoribus æther.
Hic alius rapido deiectus in æquora curru
Conteritur,pedibusque ſimul calcatur equorum.
Atque alius volucri traiectus corpora telo,
Quadrupedis tergo pronus ruit,illius enſe
Deiectum longè caput à ceruice cucurrit.
Hic iacet exanimis fuſo ſuper arma cerebro
Sanguine manat humus,campi ſudore madeſcunt.
Emicat interea Veneris pulcherrima proles,
Denſaq; Graiorum premit agmina,nudaq; latè
Terga metit gladio,funeſtaq; prælia miſcet.
Nec ceſſat ſpes vna Phrygum fortiſſimus Hector
Sternere cæde viros atq; agmina vertere Graiûm.
Vt lupus in campis pecudes cûm cernit apertis,
Non ductor gregis ipſe comes, non horrida terret
Turba canum,premit efuriens, & negligit omnes,
In medioſq; greges auidus ruit:haud ſecus Hector
Inuadit Danaos,& territat enſe coruſco.
Deficiunt Graiorum acies , Phryges acriùs inſtant,
Attolluntq; animos:geminat victoria vires.
Vt vidit ſocios infeſto cedere Marti
Rex Danaûm,ſublimis equo volat agmina circum,
Hortaturque duces,animoſq; in prælia firmat.
Mox ipſe in medios audax ſe proripit hoſtes,
Oppoſitaſq; acies ſtricto diuerberat enſe.
Vt Libycus cûm fortè leo procul agmina vidit
Læta boum paſſim virides errare per herbas,
Attollit ceruice iubas,ſitienſq; cruoris
In mediam erecto contendit pectore turbam:
Sic ferus Atrides aduerſos fertur in hoſtes,
Infeſtaſq; Phrygum perturbat cuſpide turmas.
Virtus clara ducis vires accendit Achiuûm,
Et ſpes exacuit languentia militis arma.
Funduntur Teucri,Danai lætantur ouantes.
Tandem hic Aeneam immiſſo contendere curru
Conſpicit Atrides,strictoque occurrere ferro
Apparat,& iaculum quantum furor ipſe mouebat,
Viribus intorquet,quod depulit error ab illo
Pectus in aurigæ,ſtomachoq; infigitur alto.
Ille ruens ictu media inter lora rotaſq;
Voluitur,& vitam calido cum ſanguine fundit.
Ingemit Aeneas,curruq; animoſus ab alto
Deſilit,& valido Cretheona comminus ictu
Terſilochumq; ferit quorum poſt funera victor
Paphlagonum ductor Menelai concidit armis,
Antilochumque Miſon poſt hos Iouis inclyta proles
Sarpedon bello funeſto prælia miſcet.
Quem contra infelix non æquis dimicat armis
Triptolemus magno ſatus Hercule,ſed neque vires
Hunc ſeruare patris,nec tot potuêre labores,
Quin caderet,tenuemq; daret de corpore vitam.

Saucius

Saucius egreditur medio certamine belli
Sarpedon, fraudisque ſubit commentor Vlyſſes,
Et ſeptem iuuenum pulcherrima corpora fundit.
Hinc pugnat patriæ culmen Mauortius Hector,
Illinc Tydides, ſternuntur vtrinque virorum
Corpora per campos, & ſanguine prata rigantur.
Pugnat bellipotens caſta cum Pallade Mauors,
Ingentemque mouet clypeum, quem ſancta virago
Egit, & extrema percuſſum cuſpide cædit,
Attonitumque ſimul cœlum petere ipſa coēgit.
Hic ille æthereo queritur ſua vulnera regi
Saucius, & magni genitoris iurgia ſuffert.
Interea magnis Atamantem viribus Aiax
Interimit, magnumq; petit Menelaus Adraſtum,
Et trahit ad claſſes manibus poſt terga reuinctis,
Ex hinc deducit lætos ex hoſte triumphos.
Incumbunt Danai, cedit Troiana iuuentus,
Tergaq; nuda tegit. ſenſit Mauortius Hector
Pro Danais pugnare deos, validasque ſuorum
Virginis armigeræ ſubduci numine vires.
Continuoque petit muros, Hecubamque vocari
Imperat, & diuæ placari numina ſuadet.
Protinus armatas innuptæ Palladis arces
Iliades ſubeunt feſtisque altaria ſertis
Exornant, cæduntque ſacras ex more bidentes.
Dumq; preces Hecube ſupplex ad templa Mineruæ
Pro charis natis genitrix & coniuge fundit:
Interea Glaucus ſtricto contendere ferro
Cum Diomede parat, nomenque genusque roganti
Quis ſit & vnde foret, magnis cum viribus haſtam
Mittere tentabat: tentanti Aetholius heros,
Quò ruis? exclamat, quæ te ſcelerate furentem
Mens agit imparibus mecum concurrere telis?
Hoſpitis arma vides, Veneris quæ vulnere dextram
Perculit, & ſummo repulit certamine Martem.
Pone truces animos, infeſtaque tela coërce.
Poſt hæc inter ſe poſito certamine pugnæ
Commutant clypeos inimicaque prælia linquunt.
  Colloquium petit interea fidiſsima coniunx
Hectoris Andromache, paruumq; ad pectora natum
Aſtyanacta tenet, cuius dum maximus heros
Oſcula parua petit, ſubitò perterritus infans
Conuertit timidos materna ad pectora vultus.
Terribilemque fugit galeam, criſtamque micantem.
Vtque caput iuuenis poſito detexerat ære,
Protinus infantem geminis amplectitur vlnis:
Attollensque manus, precor ô pater optime, dixit,
Vt meus hic pro quo tua numina natus adoro,
Virtutes patrias primis imitetur ab annis.
Hæc ait, & portis acies petit acer apertis,
Vnà deinde Paris. poſtquam in certamina ventum eſt,
Protinus in medium procedit maximus Hector,
Graiorumque duces inuictis prouocat armis.
Nec mora, continuò fraudis commentor Vlyſſes,
Et ferus Idomeneus, & notus gente paterna
Meriones, Graiûmque ſimul dux acer Atrides,
Aiacesq; duo clari, ſpecioſus in armis
Eurypylus, magnoque Thoas Andromene natus,
Quique manum Veneris violauit vulnere triſti,
Procedunt: aberat nam Troum terror Achilles,
Et dulci cithara diuûm lenibat amores.
Sortes miſerunt quis eorum in bella valeret.
Ergo vbi deiectis auratam regis Atridæ
Sortibus in galeam, magnus proceſſerat Aiax,
Concurrunt armis Aiax crudelis & Hector.
Principio iactis committunt prælia telis,
Mox rigidos ſtringunt enſes, & fortibus armis
Decertant, partesque oculis rimantur apertis.

Et modò terga petunt, duros modò forti
Depellunt clypeis. ingens ad ſidera clam
Tollitur, & vaſtis impletur vocibus æthe
Non ſic ſetigeri exacuunt feruoribus ir
Pectoribusque petunt vaſtis, modò dent
Alternos vibrant gladios, & vulnera miſ
Fortia terga premunt, ſpumantque per o
Fumigeræ nubes concretaque fulgura &
Iactantur, magnoque implentur murmur
Talis Priamides ſimul Aiax fortis in arm
Tandem animis armisque furens Telan
Inſignem bello petit Hectora, quaq; pate
Nuda viri ceruix, fulgentem dirigit enſe
Ille ictum celeri præuidit callidus aſtu,
Tergaque ſubmittit, ferrumque vmbone
Sed leuis extremas clypei dilabitur oras
Enſis, & exiguo ceruicem vulnere libat.
Acrius aduerſum rurſus conſurgit in ho
Priamides, nec iam ferro Telamone crea
Sed magno ſaxi iactu petit at ferus Aiax
Ingentem clypeo ſeptemplice reppulit i
Et iuuenem ſaxo percuſſum ſternit eod
Quem leuat exemptum Graijs inimicu
Integratque animum iam rurſus ad arm
Stringebant iterum gladios, cùm feſſus i
Cœperat igniferos Titan immergere cu
Noxque ſubire polum: iuxtà mittuntur
Qui dirimant à cæde viros, nec ſegnius
Deponunt animos: tunc bello maximus
Quæ te terra virum? qui te genuêre par
Viribus es proles generoſa atque inclyt
At contrà referre parat Telamonius Aia
Heſiona de matre vides Telamone crea
Nobilis illa domus fama, & generoſa pr
Hector & Heſionæ nomen caſusque rec
Abſiſtamus ait, ſanguis communis vtri
Aiacemque prior aurato munerat enſe.
Inque vicem, quo ſe bellator cinxerat A
Accepit baltheum vario celamine ſculpt
Poſt hoc extemplò Troum Danaûmque
Diſcedunt, cœlumque tegit nox atra te
Implentur dapibus largis Bacchique liq
Atque auidè placido tradunt ſua corpor
  Poſtera cùm primum ſtellas aurora f
In cœtum venêre Phryges, tunc maxim
Cum ſocijs memorans heſternæ funera
Suadet vt inuictis Helene reddatur Ach
Prædaque quæ duros Menelai mulceat i
Idque placet cunctis cum ſæuo miſſus A
Pertulit Idæus Troum mandata, neque
Aut animum precibus, nec dictis porrig
Vltrò etiam caſtris Idæum excedere iuſ
Paruit hic monitis, iterumque ad caſtra r
Troiæ, contemptum duro ſe narrat ab ho
Interea Danai confuſi cæde ſuorum
Ingentes ſtruxêre pyras, collectaque paſ
Fortia tradiderant ſociorum corpora fla
Tunc remouent foſſas, & vallum robore
  Vt nitidum Titan radijs patefecerat o
Conuocat in cœtum ſuperos pater, & m
Ne contra ſua fata velint contendere diu
Ipſe per æthereas cœli delabitur auras,
Vmbroſisque ſimul concedit montibus I
Inde acies videt Iliacas, dextraque poten
Suſtinet auratas æquato pondere lances
Fataque dura Phrygum, caſusque expe
Et Graiûm clades grauibus præpondera
Interea Danaos ingenti concitus ira

git,& totis supereminet armis,
ꝑe decus Phrygiæ,turbantur Achiui,
genti complentur castra tumultu.
cios muris inclusus Atrides,
q; animos iuuenum in certamina firmat.
ydides ardentibus emicat armis,
q; hostes immani turbine fertur.
rrit fatis Ægæus iniquis
ane manu quatiens, quem maximus heros
duro medium transuerberat ense.
as acies vastis protectus in armis
spargitq; leues in terga sagittas,
rum letali vulnere fundit.
ies petit, aurigamq; superbi
runcat.quem saxo Troius heros
cussoq; incautum proterit arcu.
i rapiunt de cæde sodales.
;leuant ruit vndiq; turbidus Hector,
cies infesta cuspide terret.
)anai turbati cæde suorum
,iterumq; leues in castra cateruæ
portasq; obiecto robore firmant.
ɔbsidunt inclusos aggere Graios.
remunt muros, flammisq; coruscant.
ampos sternit sua corpora pubes,
mero,curas animosq; resoluunt.
aûm proceres discrimine tanto
releuant animos,nec corpora curant,
afata gemunt. mox hoste repulso
unt,dextramq; hortantur Achillis,
lium miseris.Theteius heros
capit aure preces, nec munera regis
upit. non illum redditus ignis,
o Bryseis corpore mouit,
eferunt responsa Pelasgis,
rant animos,leniq; sopore
is tardè labentibus astris.
per tacitæ pars altera noctis,
m iussu castris Ætholius heros
ociumq; sibi delegit Vlyssem,
cito sublustri noctis in vmbra
dio quæ sit fiducia Troum.
ent,quantásve parent in prælia vires.
orrendum loca per montana vagantes
enit ecce Dolon,quem Troica pubes
anaûm solerti pectore vires
ensusq; ducum plebisq; referret.
l vt vidit socius Diomedis Vlysses,
occultantes sua corpora furtim
tices,vt spe percussus inani
enis cursu præcederet illos,
ɔressus gressum in sua castra referret.
fierat fidens animoq; manuq;,
ri,iuuenemq; euadere cursu
apiunt,ferroq; manuq; minantur.
uens,vitam concedite,dixit,
tis est quod si perstatis in ira,
orte mea capietis præmia laudis?
iam tacitis exquiritis vmbris,
ia mihi currum promisit Achillis,
oisset opes.hæc dona secutus,
us,corâm quos cernitis ipsi,
i,nunc vos per numina diuûm,
r Ditis fluctus obtestor opaci,
nc animam crudeli cæde velitis.
cessa referetis dona salute,
'riami regis, remq; ordine gentis
hrygiæ postquam quid Troia pararet
viri,fauces mucrone recluso

Detrudunt iuueni.post hæc tentoria Rhœsi
Intrant,atq; ipsum somno vinoq; sepultum
Obtruncant,spoliantq; viros,fusosq; per herbam
Exanimant socios.tunc tristi cæde peracta
Præda humeros onerant,multo candore nitentes
Rhœsi ventigenas secum adduxêre iugales.
Thraces equos rapiunt,quos nec præcedere ventus,
Nec posset volucri cursu superare sagitta.
Inde iterum Argolicas primæ sub tempore lucis
Ad classes redeunt,quos Nestoris accipit ætas,
Ac recipit portis. postquam sua castra tenebant,
Facta duci referunt:laudat Pelopeius heros,
Fessaq; iucundæ tradunt sua membra quieti.
Lux exorta viros in pristina bella remisit,
Instaurantq; animos recreato milite pugnæ
Dardanium Danaûmq; duces, volat vndiq; nubes
Telorum,& ferro ferrum sonat.vndiq; mixtis
Inter se strident mucronibus,instat vtrinque
Densa acies,mixtusq; fluit cum sanguine sudor.
Tandem feruenti Danaûm rex concitus ira
Antiphonem ingenti prostratum vulnere fundit,
Tessandrumq; simul,fratremq; ad bella ruentem
Hippolytum,post hos gladio petit Amphimodonta.
Is fratris dextram gladio ferit, ille dolore
Acrior accepto fugientem Anthenore natum
Persequitur,traxitq; ferox cum vulnere pœnas,
Hector tunc pugnæ subit acri concitus ira
Priamides,mox perculsos agit vndiq; Graios,
Nec Paris hostiles cessat prosternere turmas,
Eurypyliq; femur contento vulnerat arcu.
Incumbunt Troes,fugiunt in castra Pelasgi
Viribus exhaustis,& vastis vndiq; firmant
Obicibus muros,saxo Mauortius Hector
Perfringit portas,ferrataq; robora laxat.
Irrumpunt aditus Phryges,atque in limine primo
Restantes sternunt Graios,valloq; cateruas
Disturbant,alij scalas in mœnia ponunt,
Et iaciunt ignes: geminat victoria vires.
De muris pugnant Danai,turresq; per altas
Saxa volant, subeunt facta testudine Troes,
Ascenduntq; aditus,& totis viribus instant.
Turbati fugiunt omnes in castra Pelasgi,
Et scandunt puppes,instat Troiana iuuentus
Telaq; crebra iacit,resonat clamoribus æther.
Neptunus vires Danais animumq; ministrat,
Pugna ingens oritur, furit istinc hostis & illinc,
Dextraq; Idumenæ cadit Asius.Hector atrocem
Amphimachum obtruncat, nec non incumbit in armis
Anchisæ gener Achatius,quem fuderat ense
Magnanimus ductor Rhodius,tunc feruidus irâ
Deiphobus ferit Ascalaphum mergitq; sub vndas.
Hector vbiq; ferus violento pectore sæuit,
Quem saxo ingenti percussum maximus Aiax
Depulit,& toto prostratum corpore fudit.
Concurrit Troiana manus, iuuenemq; vomentem
Sanguineos fluctus,Xanthi lauere fluentis.
Inde iterum ad pugnam redeunt, fit maxima cędes
Amborum,& manat tellus infecta cruore.
Polydamas valido Protenora percutit ictu,
Amphilochumq; Antenoridem Telamonius Aiax,
Bethæumq; Athamas,Promachũ quoq; sternit atrocem
Penelei dextra,inde cadit Priameia pubes.
Acriùs insurgunt Troes ad Achaica bella,
Instaurantq; manus cedit Pelopeia virtus
Pulsa metu,vallumq; & muros aggere septos
Transiliunt,alij fossas voluuntur in ipsas.
Aduolat interea Danaûm metus impiger Hector,
Confugiunt iterum ad classes Agamemnonis alæ,
Atq; inde aduersis propellunt viribus hostem.

Fit pugna ante rates sæuit Mauortius Hector,
Et poscit flammas, totamq; incendere classem
Apparat huic validis obsistit viribus Aiax
Stans celsa in puppi, clypeoq; incendia sæua
Sustinet, & solus defendit mille carinas.
Hinc iaciunt Danai robustæ cuspidis hastas,
Illinc ardentes tædas Phryges vndiq; iactant,
Per vastos sudor pugnantum defluit artus,
Non valet vlterius cladem spectare suorum
Patroclus, subitoq; armis munitus Achillis
Aduolat, & falsa conuertit imagine Troas,
Qui modò turbabant Danaos animoq; fremebant,
Nunc trepidi fugiunt: fugientibus imminet ille,
Perturbat velox acies, vastumq; per agmen
Fertur, & ingenti Sarpedona vulnere fundit.
Et nunc hos gladio, nunc illos proterit arcu,
Præliaq; horrendi sub imagine versat Achillis.
Quem postquam socias miscentem cæde cateruas,
Turbantemq; acies respexit feruidus Hector,
Tollit atrox animos, vastisq; immanis in armis
Occurrit contrà, magnoq; hunc increpat ore:
Huc agè nunc conuerte gradus fortissime Achilles,
Iam nosces vltrix quid Troiæ dextera possit,
Et quantum in bello possit fortissimus Hector.
Nam licet ipse suis Mauors te protegat armis.
Inuito tamen hæc perimet te dextera Marte.
Ille silet, spernitq; minas animosaq; dicta,
Vt quem mentitur verus credatur Achilles.
Tunc prior intorquet collectis viribus hastam
Priamides, quam prolapsam celeri excipit ictu
Patroclus, redditq; vices & mutua dona.
Obijcit & saxum multo cum pondere missum,
Quod clypeo excussum viridi tellure resedit.
Tunc rigidos stringunt enses, & comminùs arma
Inter se miscent, donec Troianus Apollo
Mentitos vultus simulati pandit Achillis,
Denudatq; virum quem bello maximus Hector
Pugnantem falsis postquam deprendit in armis
Irruit, & iuuenem, nudato pectore, ferro
Traijcit, & victor Vulcania detrahit arma.
Vendicat extincti corpus Telamonius Aiax,
Oppositoq; tegit clypeo. Priameia pubes
Lætitia exultat, Danai dum funera mœrent.
Interea iuuenis tristi cum pube suorum
Testorides in castra gerit miserabile corpus.
Tunc vt Pelidæ rumor diuerberat aures,
Palluit infelix iuuenis, calor ossa reliquit,
Tristia membra simul materno nectit amictu
Deflens Æacides tristi de cæde sodalis,
Vnguibus ora secat, comptos in puluere crines
Deformat, scindit firmas de pectore vestes,
Et super extincti prostratus membra sodalis
Crudeles fundit questus, atq; oscula figit.
Mox vbi depulsi gemitus lacrymæq; quierunt,
Tristis ait, iam iamq; meo cruciabere ferro,
Non impune mei lætabere cæde sodalis,
Hector, ait, magnoq; meo violente labore
Persolues pœnas, atq; istis victor in armis,
In quibus exultas, fuso moriere cruore.
Post hoc accensus furijs decurrit ad æquor,
Fortiaq; arma Thetim supplex rogat. illa relictis
Fluctibus auxilium Vulcani protinus orat.
Excitat Æthnæos calidis fornacibus ignes
Mulciber, & validis fuluum domat ignibus aurum.
Mox effecta ferens diuinis artibus arma
Euolat ad Thetidem quæ postquam magnus Achilles
Induit, in clypeum vultus conuertit atroces,
Illic ignipotens mundi cælauerat axem,
Sideraq;, & liquidas redimitas vndiq; Nymphas,
Fecerat & mira liquidas Nereidas arte,
Oceanum, terras, & cinctum Nerea circũ
Annorumq; vices, diuersaq; tempora noc
Quattuor & mundi partes, quantum Ar
Et quantum occasus roseo distaret ab or
Lucifer vnde suis, vnde Hesperus, vnus v
Exoriatur equis, quantum vel in orbe me
Luna caua, & nitida lustraret lampade ter
Addideratq; freto suo numina, Nerea ma
Oceanumq; senẽ, (*nec eundem*) vertentẽ I
Tritonesq; feros, & amantem Dorida flu
Terra gerit syluas, horrendaq; monstra fe
Fluminaq;, & montes, cumq; altis oppida
In quibus exercent leges animosaq; iura
Certantes populi. sedet illic æquus vtriq;
Iudex, & litem discernit fronte serena.
Parte alia castæ resonant Pæana puellæ,
Dantq; choros molles, hæc dextra tymp
Illa lyræ graciles extenso pollice chordas
Percurrit, septemq; modis modulatur au
Carmina componunt mundi resonantia
Rura colunt alij, sulcant grauia arua iuuen
Maturasq; metit robustus messor aristas,
Et gaudet pressis immundus vinitor vui
Tondent prata greges, pendent in rupe
Hic intermedius stabat Mars aureus arm
Atropos hunc circumstabat, reliquæq; so
Sanguineis mœstæ Cloto Lachesisq; ca
Talibus ornatus donis Thetideius he
In medias acies immani turbine fertur.
Cui vires præbet casta cum Pallade Iuno
Dantq; animos iuueni. videt hunc Cithe
Occurritq; viro, sed non cum viribus æq
Æacidæ nec erat compar, tamen ira coë
Conferre inuictis iuuenem cum viribus
Quem nisi seruasset magnarum rector ac
Vt profugus lætis Troiam repararet in a
Augustumq; genus claris submitteret ast
Non claræ gentis nobis mansisset origo.
Inde agit Æacides infesta cuspide Teucr
Ingentemq; manum prosternit cæde vir
Sanguinis Hectorei sitiens. at Dardana p
Confugit ad Xanthi rapidos perterrita fl
Auxiliumq; petit diuini fluminis: ille
Instat & in medijs pugnatur gurgitis vn
Ira dabat vires, tinguntur sanguine ripæ,
Sparsaq; per totos voluuntur corpora flu
At Venus & Phrygiæ gentis tutator Ap
Cogunt in Danaos Xanthi consurgere fl
Vt fera terribili miscentem prælia dextra
Obruat Aacidem, qui protinus vndiq; to
Impediatur aquis. sed vasto gurgite præc
Voluitur, atq; virum terrentibus impedit
Prætenditq; gradus. ille omni corpore s
Contra pugnat aquas, aduersaq; flumina
Et modò disiectis humeris, modò pecto
Propellit fluctus, quem longè prouida Iu
Admonuit rapidæ quo cederet ictibus vn
Sanctaq; pugnarunt inter se numina diu
Rursus agit Phrygias ingenti cæde cater
Horridus Æacides, belliq; ardore resump
Funereas acies horrendaq; prælia miscet
Non illum vis vlla tenet, non sæua fatigan
Pectora pugnando, vires successus adaug
Perculsi dubitant trepida formidine Tro
Atq; inter muros exhausta penè salute
Confugiunt, portasq; obiecto robore fir
Vnus tota salus in quo Troiana manebat,
Hector adest, quem non duri timor vndi

e tenuêre preces, quin obuius iret
magnum contendere vellet Achillem.
os subitò visa est Tritonia Pallas.
cul vt vidit tectum cœlestibus armis,
clausisq; fugit sua mœnia circum
tis. sequitur Thetideius heros
veluti cùm pectora terruit ira.
super insequitur fugere ille videtur,
ambo: gressum labor ille moratur,
terant insistere cœpta periclis,
s aderat, furor vndiq; concitat iras.
e muris miseri sua fata parentes.
j, vident supremo tempore natum,
summa dies suprema luce premebat.
ante oculos similis Tritonia fratri
iuuenem simulato decipit ore:
Deiphobi tutum se credidit armis.
d Danaos iterum sua numina Pallas.
tiactis inter se comminus hastis
nes, hic vastis intonat armis,
validum nequicquam vmbone repellit,
erox mutat congressibus ictus.
riuos, ensem terit horridus ensis,
hæret pede pes, & dextera dextræ.
dam Thetideius extulit hastam,
nagnis emissam viribus egit.
elapsam vitauit callidus Hector.
Danai. contrà Priameius heros
iculum Vulcania torquet in arma.
us adest, nam duro inflectitur auro:
crò, gemuerunt agmina Troum.
titerum collatis fortiter armis,
trictos commutant comminus enses.
valet vltra fortemq; supremam
antem defectis viribus Hector.
ocedit fraternaq; fessus in armis
ilia, & nullam videt esse salutem,
dolos. quid agat? quæ numina supplex
oto languescunt corpore vires
negant, retinet vix dextera ferrum,
inimica tegit, nec subuenit vllum
ilium, pugnat moriturus, & altos
it gemitus. instat Nereius heros,
procul premit vndiq;: tunc iacit hastam,
gida transfixit cuspide fauces.
nai, Troës sua funera deflent.
ssis infelix viribus Hector,
meos miseris genitoribus artus,
nfelix multo mercabitur auro:
victor Priami nunc filius oro,
dux ille ducum, quem Græcia solum
nec precibus, nec munere victus,
s miseri, nec clara gente moueris,
tere patris, moueat tua Peleus
Priamo: pro nostro pignore, Pyrrhus,
des. contra quem durus Achilles,
pplicibus tentas inflectere dictis
m possem discerptum more ferarum,
ura, meis absumere malis.
sq; feræ, cunctæq; volucres
idiq; canes tua viscera pascent.
ient Patrocli gaudia manes,
nbræ. dum talia magnus Achilles
tat, vitam miserabilis Hector
nc animo nondum satiatus Achilles
rum, pedibusq; exanguia membra
nuros victor trahit, altius ipsos
successus equos. tunc maximus heros
arnaos fœdatum puluere corpus.

Lætantur Danai, plangunt sua funera Troës,
Et pariter captos deflent cum funere muros.
Interea victor defletum corpus amici
Funerat Æacidas, pompasq; ad funera ducit.
Ter circa tumulum miseros rapit Hectoris artus,
Et varios cineri ludorum indicit honores.
Tydides Tirisum cursu, pedibusq; ferocem
Merionem superat, luctando vincitur Aiax,
Cuius decepit vires Laërtius astu.
Cæstibus aduersis cunctos superauit Ephœbus,
Et disco fortis Polibætes depulit omnes,
Merionesq; arcu. tandem certamine misso
In sua castra redit turbis comitatus Achilles,
Flent miseri amissum Phryges Hectora, totaq; mœsto
Troia sonat planctu, fundit miseranda querelas
Infelix Hecube, sæuisq; arat vnguibus ora,
Andromacheq; suas scindit de pectore vestes,
Heu tanto spoliata viro. ruit omnis in vno
Hectore causa Phrygum, cecidit defecta senectus
Adflicti miseranda patris, quem nunc sua coniunx
Turbaq; natorum, nec magni gloria regni
Oblitum tenuit vitæ, quin iret inermis
Et solum inuicti castris se redderet hostis.
Mirantur Danaûm proceres, miratur & ipse
Æacides animum miseri senis. ille trementes
Affusis genibus tendens ad sidera palmas,
Hæc ait: O' Graiæ gentis fortissime Achilles,
O' regnis inimice meis, te Dardana solum
Victa tremit pubes, te sensit nostra senectus
Crudelem nimium. nunc sis mitissimus oro,
Et patris adflicti genibus miserere precantis,
Donaq; quæ porto miseri pro corpore nati,
Accipias: si nec precibus, nec flecteris auro,
In senis extremos tua dextera sæuiat annos,
Saltem sæua pater comitabor funera nati.
Nec iam vita mihi magnos concedit honores,
Sed funus crudele meum, miserere parentis,
Et pater esse meo mitis de(*corpore*)funere disce.
Hectoris interitu vicisti Dardana regna,
Vicisti Priamum fortis reminiscere victor
Humanæ, variosq; ducum tu respice casus.
His tandem precibus motus grandæuus Achilles
Alleuat à terra, corpusq; exangue parenti
Reddidit Hectoreum. post hæc sua dona reportat
In patriam Priamus, tristesq; ex more suorum
Comparat exequias, supremaq; funera ducit.
Tunc pyra construitur, qua bis sex corpora Troum,
Quadrupedes adduntur eis, currusq; tubæq;,
Et clypei galeæq; graues (*Argiuaq;*) argutaq; tela.
Hæc super ingenti gemitu componitur Hector.
Stant circum Iliades matres, manibusq; decoros
Abrumpunt crines, laniataq; pectora tundunt:
Illo namq; rogo natorum funera cernunt.
Tollitur & iuuenum magno cum murmure clamor
Flebilis, ardebat flamma namq; Ilion illa.
Inter quos gemitus laniato corpore coniunx
Aduolat Andromache, mediosq; immittere in ignes
Se cupit Astyanacta tenens, quam iussa suorum
Tristis turba rapit. contrà tamen vsq; resistit,
Donec collapsæ ceciderunt robora flammæ,
Inq; leues abijt tantus dux ille fauillas.

Tu iam siste gradum, finemq; impone labori
Calliope, vatisq; tui moderare carinam,
Quem cernis paucis stringentem littora remis.
Iamq; tenens portum metamq; patentis Homeri
Pieridum comitata cohors, submitte rudentes.
Sanctaq; virgineos lauro redimita capillos,
Ipsa tuas depone lyras, ades inclyta Pallas,
Tuq; faue cursu vatis iam Phœbe peracto.

FINIS.

DARETIS PHRYGII POE-RVM ET HISTORICORVM OMNIVM P... DE BELLO TROIANO LIBRI SEX, LATINO carmine à CORNELIO NEPOTE eleganter redditi.

LIBER PRIMVS.

HYPOTHESIS.

Protinus in Colcho primus liber expedit arma
Argonautarum, rapiunt qui velleris aurum.
Et parat Aesonidi redeunti prandia lauta.
Excidium Troiæ sub Laomedonte videbis,
Inde statum & formam graphicè depingier vrbis.

ILIADVM lacrymas, concessaq; Pergama fatis,
Prælia bina ducum, bis adactam cladibus vrbem
In cineres, querimur: flemusq; quòd Herculis ira, [illegible] (rit arcem.
Hesiones raptus, Helenæ fuga frege-
Impulerit Phrygios, Danaas exciuerit vrbes.
Vt quid ab antiquo vatum proscripta tumultu
Veri sacra fides longum syluescis in æuum?
An quia spreta lates? mundoq; infensa priori
Nos etiam noscenda fugis? mecum inclyta, mecum
Exorere, & vultum ruga leuiore resumens
Phœbeam dignare tubam, sterilisq; vetustas
Erubeat, dum culta venis, dum libera frontem
Exeris en aureis blandas, en pectus amicum
Mulces, vulgarem leuius passura cachinnum.
Si nostris nil dulce nouum, nil vtile visum
Quod teneri pariunt anni, si secula tantum
Aurea Saturni memorant, & nulla recentis
Gratia virtutis: aude tamen ardua, pubes.
Mento canescant alij, nos mente: capillo,
Nos animo: facie, nos pectore. Tempora certè
Virtutem non prima negant, non vltima donant.
Quumq; duplex ætas varios contendat in vsus,
Hæc viget, illa iacet: hæc pullulat, illa fatiscit.
Mira quidem dictu, sed vera (aduertite) pandam.
Nam vati Phrygio Martem certissimus index
Ex [illegible] præsens oculus, quem fabula nescit.
Hunc vbi combiberit auidæ spes ardua mentis,
Quos superos in vota vocem? mens (*æmula*) conscia veri
Proscripsit longè ludentem ficta poëtam.
Quin te Cecropij mentita licentia pagi
Et lædant figmenta pater, quo præside floret
(*Pontia*) Tantia, & in priscas respirat libera leges.
Felices quos non trahit ambitus, ardua nactus
Non in se descendit honos, non cæca potestas
Quid possit fortuna videt: non perfida sentit
Prosperitas fleuisse humilem, qui ridet in altis.
Parcite sacrilega superos incessere præda,
Parcite: venales quisquis venatur honores,
Vnde ruat, tabulata struit. Premit vltio noxas
Tunc grauior, cùm tarda venit: tunc plena timoris,
Quum terrore caret: blanda nil sæuius ira,
Quum floret miseri felix iniuria voti.
At tu dissimilis longè, cui fronte serena
Sanguinis egregij lucrum, pacemq; litata
Emptam anima pater ille pius, summumq; cacumen
In curam venisse velit, cui cederet ipse
Prorsus, vel proprias lætus sociaret habenas.
Hactenus hæc, tuq; (oro) tuo da maxime vati
Ire iter incœptum, Troiamq; aperire iacentem.
Te sacræ assument acies, diuinaq; bella.
Tunc dignum maiore tuba, tunc pectore toto
Nitar, & immensum mecum spargere per orbem.

Luserat omnificæ quondam solertia curæ
Ignotas molita rates, auriq; cupido
Audendi transgressa modum, trans æquora
Qui caperent thalamos, spoliarent templa m
Siccine mortalis finem metitur hiatus?
Egestæ sic Ditis opes, quas ambitus audax,
Quas prædo pallens Stygijs extorquet ab a
Sufficiunt? cui iam satis est quòd regna, quo
Ipsaq; quòd pateant rapiendis tartara gazis?
Itur in ignotos fluctus, vltroq; procellis
Insultare iuuat, & soli viuere fato.
Æsonides primus vndas assumpsit in vsu
Phrixeam rapturus ouem: cui laudis alum
Alcides socias indulsit in ardua vires.
His Peleus, Telamonq; duces, his cætera p
Emathiæ, casus pelagi coniurat in omnes.
Pars (*munita*) inuitat ratem, pars famæ pron
Pars mundum visura nouum, gentesq; rem
Ergo sequi docilis quas nondum nouerat
Thetyos in gremium migrat, prærepta Dia
Pinus, & è ramis remos habet. inq; profunc
Ornatu contenta rudi, plus robore, cultu
Fisa minus, paucis exul peregrinat in armis
Nondum sæua deos ponto obiectare natat
Relligio, non fluxa sinu tumuêre (*recuruo*) se
Carbasa: delicias dat fastiditior vsus,
Exornatq; suum nouitas operosa periclum
Prima inopem pinus cultum, quo stabat ir
Detulit in fures. autor ratis Argus & Argo
Nauis erat, sed vterq; rudis: nil illa superbè
Non auro superos læsit, non rupibus aurun
Stat dubius nouus hospes aqua, reditun
Ludentis pelagi miratur, & æquora visu
Metitur, patriæq; pium consultat amorem,
Virtuti nutu facili cessurus, & vndis.
Sed rapit aura ratem. quónam, quò naufra
Quò populos in fata trahis? tene angue vel
Patrandum fastidit opus? scio tædia tollis,
Delicias lethi quæris. nunc vtere saxo
Terra potens, atq; iniectæ Symplegadis ic
Nulla prius (*cecidisse*) consumpta refer. ferat
Quod peperit fatum. primaq; superbiat ira.
Fata obstant, hominum prædatrix Atropos
Plus superi quam fata queunt. trabs Thessal
Præsentes quos fecit habet. contemptus in
Hippotades, in aquis Triton, in carcere Co
Hac rate prærepta summos senuisset in ann
Quippe deum genitore metu mens cæca c
Ditem vmbris, cœlo superos, & numina po
Vix pelagi sensêre minas, iamq; Æole clama
Æole, tuq; dato mulces qui cœrula sceptro
Vndarum Neptune potens date numen itu
Si reduces meritis nomen sacrabitur aris.
Mox ierant in vota dei, gaudentq; (*vocari*)
Hic faciles proclinat aquas, hic euocat antr

mpprægnet zephyrum, qui purget abacta
n.curſu tandem producta ſereno
portus Phrygios ratis.improba pubes
vetita certant tellure potiri.
ocens ſubitum Sygea in regna tumultum
inſidias populo regiq; minatur,
i coëant peregrinæ ad littora claſſes.
ta furit,nec abeſt qui Laomedontem
anais, vltro ni littore cedant.
inuiſa manus,ſic pignora cœli
iq; deos in ſyrtes cogis? an vnam
ens tanta ratem? ſed cæca quid horres?
s,non hoſtis adeſt,cui monſtra potenti
frangenda manu. reuerere tonantem,
cognoſce hominem.Si pendimus æquum;
ſtis metimur partibus vſum,
ini commune ſolum. ſed iura peroſus
rilegis naturam barbarus auſis
& proprios Phrygiam pharſcat in vſus.
lentis opes,ô Pergama nulli
ceſſura deo.nil dura ſororum
eri peccant,gens incola fatum
ælo Phrygius parcente meretur
dios,incendia.Pellitur Argo,
Iouem medijs exorat in vndis,
igrant animis poſcentibus arma
a ſequi, gladioq; vltore pudendam
gam. contrà, prudentia turbæ
,raro Phrygiam cum milite pendit.
pites docti tuba Neſtoris aureis,
regit,irataq; pectora mulcet.
gnanimo domuiſtis remige fluctus,
ui ventos primi libaſtis,& aſtra
iſtis iter non nota ſequuti,
pati.ſola eſt quæ conterit hoſtem,
egit Patientia: ſola triumphis
uis,& honeſtæ conſulit iræ.
uando locus eſt vbi lædimur omnes;
meriti, patimurq; indigna priores,
iore frui ſuperiſq; fecundis
iceat. non hîc iniuria nobis
facta eſt:veniet qui probra ſuorum
imat. Sic fatur,& accipit omnes
etys,gremiumq; exponit ituris.
menſa vagos in Phaſidis vndas
gaſæa ratis:pelagoq; relicto,
inu, ſed liberiore potita,
netuenda tulit, dum littore in alto
erent vndarum prælia motus.
daci ſuſpendit gurgite pontum
itens caſtigat in arua ruentem,
ſeratus humum.furit ille,feroxq;
eſtat aquas, bilemq; refundit
la ſuam,dedignaturq; teneri.
uſiſq; notis, cœloq; ſereno,
emes portus anguſtia voluit.
kum languet mare. creſcit arena
a rates, tellusq; occulta vadoſas
uſpendit aquas,mentita profundum.
iguus Tiphys,prope littora ſpectat:
rmidat humum,diſcitq; timere
erabat iter.timor elicit artem
adum medias minor alnus in vndas
nto metitur iudice pontum.
æ poſtquam patuêre, coacto
ſolum decurrens limite puppis
remit, fractaſq; offendit arenas.
(*mir*)memorq; Æſonidæ duras incũbere leges

Oeetæ imperio? quid ſemina iacta? quid hoſtes
Terrigenas, Martiſq; boues, ſæuiq; draconis
Excubias? ignis virtuti cedit & enſis.
Eripiturq; emptum ſummo diſcrimine vellus.
Neptunum ſenſiſſe putes,fugientibus æquor
Altius intumuit, fractiq; in littore fluctus
Intonuêre ſimul. Procul ô procul ite prophani,
Non licet in ſanctum cum præda tendere pontum.
Has notus haud paſſus cauſas inſtare timoris,
Præripuit voces,nec iter conceſſit in aures.
Nauigat auricomo ſpoliatis vellere Colchis
Prædo potens.culpem ne ratem quæ prima per vndas
Ad facinus molita vias,atq; Atropon auxit?
An cauſa potiore probem? ſine remigis vſu
Non noſſet Memphis Romam, non Indus Hiberum,
Non Scytha Cecropidem, nõ noſtra Britannia Gallum.
Primus ab excubijs montes proreta pelaſgos
Anticipat ſaluere iubens:at cætera pubes
Remorum aſſurgit ſtudio,victrixq; carina
Theſſalicis reddit quos in freta duxerat aruis.
Quis varios memoret plauſus, quis gaudia vulgi?
Si parcus meminiſſe velim,vel nolle fateri,
Vel ſeriem non noſſe putent: ſi prodigus,auris
Faſtidita neget faciles ad ſingula nutus
Pelea miratur reducem Lariſſa,Pylonq;
Neſtor habet,Telamone ſuo Salamina ſuperbit,
Leda Cerauneis & fratribus Orithyia
Hyſmarijs laudatq; ſuum Calydonia mater
Oenidem,nondum tantùm ſoror,Orphea Thraces,
Archades Admetum, Talaumq; & Theſea & Idam
Anthæumq; vrbes variæ,ſua mœnia quenque,
At Peloponneſum cum præda diuite Iaſon
Occupat,inſigni laſciuit regia cultu,
Victoriq; ſuo gratas plebs obuia voces
Elicit,& vero diſpenſant gaudia vultu.
Solus inexplicita Pelias ſub fronte ſerena
Inuidia ægreſcit,ſeſe cauſatur,in omnes
Vota deos conſumpta gemit. Martemq; laceſſit
Qui gratis domitos tulerit deferuere tauros.
Eluctata diu rapidis(*ſingultibus*) impulſibus ira
In verbum ſingultat atrox,queſtusq; ſuperbos.
O' ſuperi,quò tura meant? ô fata, quis error
Imperat, ô hominum caſus, paucóſne reſeruat,
Vt multos fortuna premat? iam ſentio, traxi
Inuito mea regna deo cape maxime tandem
Quorum faſtidit vſus regnare negantem,
Quæ longo emiſti voto: tumeaſq; relictis.
Non raptis.tenui certè non ſponte deorum.
Hiſq; velim regnis emptum viciſſe tonantem.
Me magè(ſi qua fides)votorum offenſa laceſſit,
Quàm ſceptri iactura mei volui(*q*)ne ſub Arcton
Proſcripſiſſe virum? regnat.fregiſſe? ſuperbit.
Extinxiſſe? viget.titulos minuiſſe? triumphat.
Ergo deos dico ingratos datura tonanti:
Quum dederis,ſperata neget,doniſq; retentis
Rideat eluſum.melius fortuna pianda eſt,
Quæ pacem,quæ fulmen habet,quæ prima tyrannis
Imperium partita tribus conceſſit,abegit.
Mutato luſit cœlo,rurſuſq; iubebit
Quos fecit reges mecum migrare ſub vmbras,
Et Ioue proſcripto Saturni leniat iras.
Sic fatur, diroq; animam depaſcitur æſtu.
Has tamen has cordis rugas, hæc prælia mentis
Frontis oliua domat,faciesq; doloſa ſophiſtam
Mendicat vultum,& blandos peregrinat in vſus.
Gaudia prima ducum,ſolenni menſa tumultu
Excipit.At cœli prædo terræq; mariſq;
Ambitus acceptas venatur regibus eſcas.

Iuno lyram volucrum languescere sentit, alumnos
Æquoris emungi Thetys dolet: aspera Phœbe
Indignata sui numerum rarescere ciuis,
Excubat, vltoremq; humeris accommodat arcum,
Venantes venata viros, prædamq; petentes
In prædam petit, & lucos vigilantius ambit.
Ergo thoros conuiua premit, donumq; dearum
Interpres blandus hilarat deus, humida siccis
Miré concilians comptos discreta clientes
Cura agit, hi Cererem cumulant, hi fercula mutant.
Illi hilares iterant calices. at rege superbo
Emeritum libante merum mensalibus hærent,
Summissiq; haustum Bacchi regalis adorant.
Has mensæ genialis opes, hæc ocia curæ
Dapsilis, hoc grati certatum dulce laboris
Incolumi virtus delibat sobria gustu.
Non ignaua graui peperêre obliuia menti
Deliciæ, non in somnos elanguit ira
Amphitrioniadæ. Troiam bis terq; resumens
Se vultu referat, animumq; his asperat ægrum.
Ergo Iouem meritus cunali Marte parentem
Cœlestes docui mecum vagire dracones,
Præueniq; minas? pudet heu. vir, victor, adultus
Barbaricis cessi, non viso milite, iussus.
Ergo minis frangendus eram? proh fata pudenda,
Proh crimen superum fato (*q; immanior*) Iunonior omni
Nescio quis famæ meritum scidit: arma tenebam
Nec deerant hostes. i nunc, & prisca reuoluens
Priuignum mirare tuum, Iouis inclyta coniunx.
Vicisti, fateor, fugi, victoria summa
Alciden fugisse fuit. rursusne seuerum
Dignere artificem nostris Eurysthea pœnis?
Si Lernam edomui, si Cerberus ore trifauci
In scopulos Dodona tuos aconita refudit:
Si grauis Anthæus, gratam suspensus arenam
Dedidicit mirante Rhea: si cætera mundi
Monstra triumphali potui consumere dextra,
In Phrygios dicamne viros? humanaq; bella
Deposuisse pudet. sed cur claré acta reuoluo?
Degeneri grauius accedit gloria facto
Quin potius feris gladius quid conferat ausis
Monstrorum domitor reminiscere, Pergama pœnas
Pendant, & meritis periuros perde ruinis.
Sic Phœbo liquidoq; Ioui ducture triumphum,
Sic tibi, sic Danais, docilesq; instare Pelasgos,
Non fugisse sciant, qui quum potuêre minari,
Et potuêre pati. Tacitis sic quæstibus iram
Exacuens, summos animum procudit in ausus,
Haud secus exilium gratæ deque stus arenæ
Armenti princeps lunatum robur in ornos
Asperat obiectas, & se præmensus in hostem
Ocia dura gerit, & prælia pulcra figurat,
Fronte furens, pulsasq; pudet non frangere syluas
Inde thoro meliore redit, veteremq; repulsam
Excusans, victor regnat, lauroq; superbit
Vix primos belli motus librauerat heros,
Etiam fama loquax rapiens ex aure potentum
Quod ferat in vulgus, pauidas quod spargat in vrbes
Prælia mota canit illamne nocentis Auerni
Progeniem, cœline rear? quæ murmura rerum
Occulta extenebrat, redditq; latentia luci.
Immò quis é supera contendat pace creatam
Turbatricem hominum? quæ sancta silentia regum
In mundi perfert aures, & plebis in ora
Dissipat, arcanum curæ furata silentis.
Haud mora, non iussi lituis, non ære vocati
Sidereas * neutrata genas.At regia vates
Vt venisse Parim certo Cassandra relatu
Audit,& adductam monstrum fatale Lacænam,
Ad tripodas questura fugit,ramosq; loquaces
Ore premit,poscensq; deum non irrita longum
Fatis plena redit.claret interprete vultu
Extorti vindicta dei furiosa potestas
Imbelles vexat artus,ceruice rotata,
Crine vmbrante humeros, oculis spargentibus ignem,
Et(*facie*)facula prodente fidem, nunc liuida vitrum,
Nunc flammata facem superat,nunc pallida buxum.
Tali se medijs procerum tot millibus infert.
Ore ferens,tremuloq; gradus vix ebria figit,
Atq; ita Tyndaridem cernens:Tune illa iuuenca
Quæ saltus ingressa nouos,præsepe paternum
Incesta liquisse fuga taurumq; iugalem
Diceris,& nostros petis importuna penates?
Ite viri,deus ire iubet,pontoq; vel igne
Maternas abolete faces,ne dura sequatur
Quam cecini clades.sic paucis questa quiescit.
Expediuntq; deum suspiria longa relictum.
His hilares hærent animi,totusq; fauentum
Sopitur strepitus.fauissent agmina vatis
Imperio, motas reuerentia principis iras
Obruit,indignisq; datur Cassandra catenis.
Rex Helenam lenit,inopinaq; probra gementis
Solatur blandus:suspiria vatis,anhelas
Excusat furias, celeresq; ad iurgia voces,
Et vitio capitis solitos sæuire tumultus.
Nec mora,lasciuit solenni regia cultu
Imperijs ornata ducis,tædasq; pudendas
Tollit adulter Hymen.melius caligo profunda
Pollutum mersisset opus: quid nomine sacro
Incestum phalerare iuuat? prætendit operta
Bracteolam caries,agnum lupus,vlcera byssum.
Sed famam fraus nulla latet. non vna duorum
Esse potest: nam prima fidem dum fœdera seruant,
Alterius non vxor erit, sed præda cubilis.
Interea Graium præceps perlabitur orbem
Luctus, & Europæ dotatas nomine terras
Armato rumore quatit. læduntur in vno
Vnà omnes, seu quòd populos iniuria regum
Acriùs incendit,seu regnis prælia liuor
Inducit,seu quisq; suas præsumit in iras
Quod fieri sibi triste potest:quod flere peractum
Quodq; pati potuêre,gemunt.hinc omnibus idem,
Idem animus,similes scelerum præcidere motus,
Et thalamos sancire metu. ruit ocyus ergo,

Non iussa expectat populus, belli ardor inerti
Nascitur, augetur forti. sic prælia vulgus
Præcipit: at viduos it solatura penates
Clara ducum series, Maleæ quos erigit vmbo,
Quos Larissa fouet, quos Græcia cætera nutrit.
Enumerem? faciles q; fide dictante meatus
Victrices Danaûm certo sequar ordine vires?
Quæ loca, qui reges, pelagus quod quisq; fatiget
Classibus? ac celebres hac noui parte camœnas
Fraudari titulis, aures q; offendere molles.
Pauca tamen studio non ægrescente fauentum
Succinctè dixisse velim, numeriq; sigillo
Iuratas signasse rates. fert bella bis vna
Bis centum & decies centum, quas vndiq; raptas
Cecropij vocat vnda sinus, & Apollinis æquor,
Huc acies, huc arma meant. hinc bellica classis
Ordiri disponit iter, sic culmen herile
Imperij iussit, statuit consulta potestas.
Ast vbi gesta Phrygum geminos vulgata Lacones
Concussêre fremunt ambo, dolor excitat ambos,
Ambos ira quatit non sic orbata leones
Lustra indignati lugent, non fulminis ales
Sic gemit elinguis inopina silentia nidi.
Haud mora, conscendunt classem, Lesboq; relicta
Dum præceps animus, & nil decoctius audet
Ira recens nullos expectatura sequentes
Haurit iter fluidum pietas memor: alta tenebat
Castor, & Iliacas iamiam poscebat arenas
Excidium latura ratis, nox obuiat atra
Defensura Phryges, armatiq; aëris ira
Instrepit, & geminis expugnat vela procellis.
O pietas, qua nulla deum præsentior ambit
Virtus: ô mitis fraterni candor amoris.
Sola hæc in geminos cessit discordia fratres
Discordes habuisse metus: hic illius, ille
Huius fata timet: quotiensq; illabitur æquor
Inuergitq; latus puppis subitura profundum
Æquoris occursum certatim vertice prono
Anticipare parant: & sic proclamat vterque:
In me dira Thetys, in me sæuissime Triton
Has intende minas, tantos molire tumultus
Hunc serues, huic parce precor: tandem acr[illegible]
Incumbente Noto, nil iam sperante carina,
Ledæi iuuenes nexis per colla lacertis,
Nata simul simili deponunt corpora fato.
Desine Cecropij funesta licentia pagi
Incestos generare deos: non fabula cœlum
Sed virtus non ficta dabit. quos cæcus ab a[illegible]
Mersit in ima furor, in summos erigis axes,
Et similes Iouis esse iubes: quos ignis in a[illegible]
In scopulos sparsit fluctus, mentiris adept[illegible]
Sidera, gentilisq; preces deludis acerræ.
Tyndaridis quos hausit hyems, dans Attic[illegible]
Fabula Castoreos casus Pollucis in ortum
Fingit, & alterni redimit dispendia fati.
Ac neutrum testata deum, feralis vtrique
Atropos iniecit laqueum, quo fortibus æg[illegible]
Quo fontes placidis, inopes quo regibus [illegible]
Sola tamen fatis Ledæum Lesbos amoren[illegible]
Concessisse negat, captosq; secuta Lacone[illegible]
Quos nec apud Phrygios, medijs nec repp[illegible]
Credidit esse deos: steriliq; reuersa fauore,
Dijs vrbes auxit, ture aras, marmore temp[illegible]
Sic Britonum ridenda fides & credulus e[illegible]
Arturum expectat, expectabitq; perenne.

LIBRI TERTII FINIS.

DARETIS PHRYGII DE BELLO TRO-IANO LIBER QVARTVS.

HYPOTHESIS.

Argolicos Phrygiosq; duces locat ordine Quartus.
Dira canunt iri destructum oracula Troiam.
Barbarica cum gente manus mox Græcia pugnax
Confert, & Teuthras exspirat vulnere tacti[illegible]
Mandat ad Elysios campos quem pompa ce[illegible]

POstquã Mygdonias bellatrix fama per vrbes
Armorum vulgauit opus, concussa minaci
Barbaries motu, trepidis coniurat in arma
Viribus, & totos Priamo Mars excitat ortus.
Primus opes Phrygibus Zelia tradente sequaces
Commodat Amphion. socium cui Pandarus arcum,
Consortem Adrastus gladium rapit. hospes iturum
Instruit Amphimachum Colophonia. ducit alumnam
In bellum Lyciam socio Sarpedone Glaucus.
Marticolæ Thraces Xantippum, Memnona Mauri,
Pæonidæ Phorcum, sequitur Zizonia Remum.
Ephemus & Capesus, & quorum nomina longum
Æquato sermone sequi, stipare cohortes
Certant, & sese numero vel robore vincunt.
Dat Ganges Arabem, Syrium largitur Orontes,
Dat Scythicos Tanais: geminoq; obnoxia mundo
Ripa duplex bellis populum partitur vtrumque,
Nacta ducem geminum, migratq; in prælia, quicquid
Prima dies orbis oriens, cunabula Phœbi,
Gentis alunt, quicquid Asiæ dispendia, quicquid
Hermus aquis, Taurusq; iugis includit, & omnis
Iliacos legio tendit munire penates,
Hos inter fremitus, certantumq; ardua regum
Robora pugnaces iactantius armat alumnos
Troia potens: nulloq; locum sperante priorem,
Indigenæ vires cognataq; celsius arma
Consurgunt toto sed Troilus agmine pri[illegible]
Fulmineusq; Hector, par bellis impetus, æ[illegible]
Vulgi tempestas titulis præcellere certant
Et dubia alterno contendit fama fauore.
Cætera fraterni Martis numerosa potestas
Ductu quemq; suo discretis fulminat ausis
Vt quot Priamidas, tot iurent Hectoras esse
Quot Troës, tot Marte pares tibi Troile c[illegible]
Nunc vtinam, quo quisq; animo, quo full[illegible]
Quis membris inscriptus honos, quis pec[illegible]
Extulerit, meminisse queam, vultusq; pe[illegible]
Suscitet eloquij virtus, oculisq; sepulti
Pectoribus viuant scripto præcone tyrann[illegible]
Sic olim positos populis mirantibus offert
Elinguis pictura viros, sic culta profatur
Charta duces: oculis hæc blandior, auribu[illegible]
Celsa duci Priamo latè surgentibus armis
Effulsit roseum ceruix caput, ardua scribur[illegible]
Membra virum, blandoq; genas terrore mi[illegible]
Regius ornat honos: placidæ vox nuncia n[illegible]
Nil tumidum, nil triste sonat, propiorq; pr[illegible]
Mollibus imperijs famulantes instruit aur[illegible]
Hector magnanimum librato culmine p[illegible]
Erigit, intorto candet coma crispa capillo,

complexa caput:blandeq; recisos
(*blesa*)blanda sonos,pernicia membra,
a in ciues,faciem lanugo serenam
us acies obliqua cadentes
pargit partes, semperq; supina
bilem contristat lumine vultum.
,patremq; genis (*vultuq;*) matremq; secuti
mini studio certante Mineruam
hic artes,hic arma fatigat:
Mauors , Helenum demulcet Apollo
spacium surgentes explicat artus,
,ætate puer, nulliq; secundus
rtutis opus,mixtoq; vigore
tres insignit gloria vultus.
ipidus,habiles prolatus in armos,
iat acie Paris,ore serenus,
s,pede præceps,strenuus armis,
scens,frontemq; auctura superbam
nsura genas,in summa recurrens
ve vagans formæ furetur honorem
anq; comam sua detinet auris.
ax,vultu placidus,sermone serenus,
,oculo nigrante venustus,
ius, stabiles libratur in artus
humeris,& lumine grandis.
enui productus corpore,sura
otu facili,quo nemo suorum
osse prior,vel nectere maior.
endit Hecubam decor, ardua pingit
artu species effœta frequenti
oris vteri dispendia sentit.
nil molle monet, nil debile dictat,
s,at miti blanda rigorem
clemens,& ciuibus æqua.
dus,pietas,sensus,pudor,auctiùs ornant
n erectam humeris,visuq; serenam.
oris egressa modum, non cæca futuri,
eti,suspecto crine cruorem
gratq; acie Cassandra micanti.
pulo victore Polyxena vultu
liq; decus speciale meretur
rorum series, ridentis ocelli
de fulta breui,procera venustas
to librans vestigia gressu.
æquat ebur,non lilia colli
itilum pauonis fimbria crinem.
implex,facilis, nil turget herile,
igens, nunquam frustrata petentes.
nat honos Agamemnona, fusa vigorem
ora fouent, vultu præcone potestas
em species armata profatur.
halerant cirrho candente, decora
tas diues,facundia prudens.
uato Menelaum forma venustat
usq; comæ geniale rubentis
ipse actu mentitos iudice crines
us noto, gratusq; merenti.
gnificus,hilaris,plus æquat Achilles
im,animo Gradiuum,Pelea membris:
rum laxatur culmen, in arctos
hos coma myrtea, crinis in armos
oplesq; gradus consurgit in altos.
icie grandi,vernansq; decoris
uio leni,cui cura iuuare
onstare sibi, disponere cunctis.
s discincta iocis,mens ardua,fusi
isis titulos Aiacis opimant.
lamone fatum coma pulla venustat

In torquem collecta leuem,modulata serenis
Lingua sonis,mens fraudis hebes,sed strenua bellis.
Ore hilaris, modiceq; humiles collectus in armos
Dux Ithacus, prudens consultum pendere,gnarus
Obliquare dolos,doctus captare loquendo.
Voce ferox,animo præceps,feruente cerebro,
Audentiq; ira validos quadratur in artus
Tydides,plenisq; meretur Tydea factis,
Sic animo,sic ore fero,sic fulminat armis.
Nestora magnificat morum prudentia, custos
Consilij librata fides,& sobria dandi
Gloria:porrectoq; humeris,senioq; nitenti
Nasi grata minus breuitas incurua sedentis.
Phyllacides vernante gena,candente capillo,
Alite mobilior,Scythica torrentior aura,
Ardua nulla timens , animum non viribus æquans,
Nil graue,nil durum censet,nil linquit inausum.
Ore virum fassus, indignariq; minaces
Suspendens ceruice genas, liuore superbo
Obliquat socios Pyrrhus, scribuntq; ferocem
Ardua membra,teres oculus, proiectior aluus,
Texendis vox ægra sonis,teneroq; laborans
Eloquio lingua blesos frustratur hiatus.
Naupliaden tenui progressum corpore,lenem,
Magnanimum , prudens animi moderatur honestas.
Arduus in saltum pingues demensus in artus,
Crispanti vestit humeros Podalirius vmbra
Cæsaries ceu rufa iacens, patientia supplex,
Vis temerè ausa nihil, pietasq; Machaona pingunt.
Impia præcipitem natura Meriona mergit
Inuidiæ cinctum stimulis,curæq; tenacis
Defessum excubijs, teretes cumulatur in artus
Carnea massa tumens,animiq; ebullit Erinnys,
In caput,in corpus reliquum liuescit inustum
Sanguineis pectus maculis, gena disputat hydris,
Iudicio peiore virens: & mentis anhelas,
(*Incusant*) Accusant furias flammati incendia crinis.
In medium librata statum Briseis heriles
Promit in affectum vultus , notatur in æquos
Planicies crinita sinus, vmbræq; minoris
Delicias oculus iunctos suspendit in artus:
Diuitijs formæ certant insignia morum,
Sobria simplicitas,comis pudor, arida nunquam
Poscenti pietas,& fandi gratia lenis.
Tyndaridis geminis geminum nihil,vnicus ambos
Oris honos ambit,similis flauescit vtrique
Crinis, par hilares augescit risus in orbes:
Æquus membra modus,concordes pectora motus
Conciliant,spirantq; vnum gena,lumina,mores.
Sola pars varijs præsumunt nomina formas
Distinxisse notis,at victor vindice vultu
Eludit dubios error,vocumq; repugnans
Dissidio,alterno confundit nomine nomen.
Inclyta cognatos æquat Spartana Lacones
Vultu,crine,genis:sociæ cunabula stirpis
Par oris testatur honos, at plenius haurit
Sidereum Ledea Iouem, totosq; per artus
Lactea materni spirant mendacia cygni.
Natiuum frons fundit ebur, caput exerit aurum
Æquatis crinale comis,gena candida byssum
Æquat,extra niuem,dens lilia,colla ligustrum
Auris inexpleto crispata volumine,visus
Excubitor,nasusq; vagi venator odoris.
Poscunt alternum titulo certante triumphum.
Productum modicè mentum candescit, & alta
Leniùs vt pressis insidant basia labris,
Parciùs in roseum consurgunt ora tumorem.
Fundit apex humeros, pressum tegit vbera pectus,

Ilia fuccingit leuitas,tractusq; lacertos:
Pes breuis inceffu terram libante fupino
Lafciuum fufpendit iter,curruumq; decora
Mobilitas compto libramine ponderat artus.
Sola fupercilijs labes interflua raris,
Audaci macula tenues difcriminat artus.
At nimis infignes latebras fecretiùs ornat,
Vitalesq; colit thalamos,& digerit vrbem
Interior natura fuam.'cor principe motu
Libratum difponit opus, modulamina linguæ
Limat pulmo loquax,modico difpenfat hiatu
Splen rifum,facili fel caftigatius ira
Vritur,ac teneri fcintillat mollius æquo
Pruritus iecoris meritæq; infignia famæ
Mergens, natiui titulos inceftat amoris.
Hoc monftrum non ales edax non labile faxum,
Non axis torquens,non mendax vicerit vnda.
Cùm bene fracta tepet,moriturq; fepulta libido,
Refpirant plenis incendia priftina fibris.
Sic Helenen totam pars vnica mergit,& ipfum
Excitat in cladem regnis certantibus orbem.
Iam Pandionios collato robore portus
Argiuæ tenuêre rates,fpaciumq; negabat
Terra viris,velis aër,& puppibus æquor,
Quum tandem licitos pofcebant bella meatus,
Et iuffas libare vias,ac Delphica miffum
Fata explorabant,refugasq; euoluere Parcas
Actoride focio Phœbum prælibat Achilles.
Mira fides, quos præcipites in prælia traxit
Impetus,atq; omnis nocuit mora,fponte quietis
Pigrefcunt votis,placideq; oracula pofcunt.
Ægra dolor differt fufpiria.gloria palmam,
Ira minas,hærent fufpenfis agmina bellis.
Expectat antri veniam Mars ipfe loquacis.
O varijs delufa modis gens credula curæ
Gentilis.rifu,an lacrymis,an flente cachinno
Ægypti portenta querar?Memphitica fulcos
Relligio veftit,in cortice marcet in hortis
Crefcit,nunc terra ferpens,nunc aëra fulcans.
Plus errant refponfa tamen,plus fpiritus ille.
Quem miferæ pofcunt animæ, quem nomine pulcro
Præfumunt cenfere deum. At non mugit in antro,
Quem fuus autorem mundus fonat: ifta priorum
Noxia fimplicitas in noftros defluit annos,
Inceftatq; fidem.nam ceu Balearicus augur
Gentiles diftinguit aues, vel voce,vel alis,
Vel geftu vario venturis omina ducens,
Ridentem fic odit anus præfaga foporem,
Sic oris vacui cafum timet: augure plaufu
Pieriæ volucris, aut indice nunciat aure,
Hofpitibus numerum difceffurisve receffum.
Multa quidem captata diu fortuna fecuta
Expedit,infidiansq; hofti malè credula fallit
Pectora,vt in fatuum decliuent pronius vfum.
At melius,ne labe leui mens cafta labaret,
Augurium nefcîffe fuit,veterumq; fepulti
Ceffaffent ritus:quorum decreta fecuti
Graiugenæ fummis oracula Delphica votis
Implorant prior Æacides lictoribus aras
(*Imbuit,&*) Ambit,& has donis tandē folennibus emptas
Inachidis voces pandit venalis Apollo.
Vincitis vltores Danai,graue Marte biluftri
Hæret opus.decimum fequitur victoria bellum.
Talibus Æacides fatis excitus,in omnes
Secretum tripodum focios partitur:& ecce
Teftorides Calcas medijs congreffus in antris,
Concordesq; deos & confona fata reuoluit.
Hic patriæ & proprijs fcitatum oracula regnis

Venerat,hosq; adytis monitus effudit eifde
Numen idem:Non ô fuperis gratiffime vat
Vana petis, dabitur patrijs clementior aër
Sulcis,ieiuni populator Syrius anni
Occidet,& plenis pinguefcent meffibus ag
Tolle moras, te bella vocant,pete Cecropi
Vltrices difpone acies:tibi bellica cedet
Turba manu,Mopfus oculis & pectore Ne
Sera quidem,fæuisq; virum mercanda ruir
Inachidas luftro ditabit palma fecundo.
Ergo hilares focias iungunt in fœdera dex
Æacides Calchasq; pares.quippe altus vtr
Gentis honos, regni æquus apex:at maior
Spirat amor belli,Calchas tranquillior ext
Euoluiffe deos & cœli noffe meatus.
Treis vnit iurata fides, confortia prima
Tertius auget amor, nec iam partitus amic
Inuidet Actorides,fed pontum(*lætior*)leni
Et reducem torquet focio Calchante carir
Vt tripodum vulgata fides per caftra,pe
Per puppes,certo iam claruit indice,cunć
Bella iuuant,cunctis iam pulcrum vincere
Marte frui:munit eques armis,nauta ceru
Ciuis meffe rates pauci quos debile pect
Mens plebeia,iacens animus,nefcire triu
Iuffit,& abiecti merfit caligine fati,
Aut acies metuunt,aut lentè vincere dan
Longa decennalis menfi difpendia belli,
Quum cafus cedant varij,cùm prælia null
Sanguine cum multo paucorum gloria vi
Hos tamen hos etiam regum reuerentia
Et paffura pares confors vicinia motus.
Ergo animos hebetes mendax audaci
Diffimulat,clamorq; minax defpumat in
Haud mora, corripiunt claffes, his pend
Dextra finus, ceruix alios defixa fatigat
In fluctus latura rates,hi robore textas
Ædificant in tranftra vias,mordacis hab
Nexibus indulgent alij, laxantq; carinas
Quum fubitò egreffos inopino turbine t
Nimborum pincerna Notus : noxq; imb
Ebria tela,viros,puppes,humentibus vn
Inuoluit,cogitq; ipfos dubitare magiftro
Errat cæca freti claffis,folitosq; procella
Egreffus obiecta negat,fluitantia pinum
Percellunt mediam repetito verbere vel
Primus vt à prora furgentes confpicit
Teftorides,fruftraq; duces contendere.
Præfago iubet ore fequi nolentibus auft
Cedere,& armatos ordiri ex Aulide curf
Parent Æolios nutus vatemq; fecuti
Graiugenæ,& flexis repetentes Aulida(
Montiuagæ Phœbes pacem implorantil
Conciliant, largoq; exorant thure meatu
Ilicet irato bibulæ Tamanthidos arcu
Cœruleum (*mutante*) mirante iubar,vent
In rifum redeunte polo deterfa mereatur
Iuno Iouem,atq; hilari folatur flentia vult
Nubila, profcriptoq; Noto, leniq; fufurr
Dante vias,maiora petit fufpiria claffis.
Ergo deûm nutu libratis flatibus vfa
Euboicas numerofa ratis defcendit in vn
Confumptura fretum, totum fub puppib
Ire ftupet,certat perplexis nauita remis
Quis prior,& iunctis confligunt ictibus
Sic geminas miratus Athos Xerfeius vir
Ignotum velis texit mare,fic tua fyluæ
Voce potens Orpheu modulantia plectr

ngis clausêre amplexibus agros,
dijs ſpaciantur aquis, ſecuraq; fandi
; pelagi non inuidet æſtus,
legens Philoctetes præuius æquor,
paſſi ſyrtes, his hæſimus vndis,
; tulimus ſcopulos, Phrixea ſecuti,
aniacis domus hæc, Thracenſibus illa,
hæc Naxos. ſic cuncta rogantibus heros
noſcens veteris veſtigia curſus
ias: ſic quæ ſubeunda, magiſtrat:
a, docet: quum tandem hoſtilis arena
nio, ſæuis clangoribus vrunt
is impingunt littora contis.
effuſo per caſtra, per arma tumultu,
pulantur opes, & proxima ponto
danij titulo malè tuta tyranni.
meſtis ſpolijs & diuite præda,
inopes flamma victrice penates,
petunt: & quas fecêre fauillas
; gaudent per cœrula velis.
Tenedos grauiores militis iras,
equeſta faces, non rapta metalli
l prorſus gladij conſumpta furore
emit iugulum puer enſibus affert
tremulumq; ſenex, & tyro comantem,
ſtrepitu ſedet expectare ſepulto
ſa ducis; Calydonius heros
ocerum ſocio legatus Vlyſſe
ui dicta ferat, qui pace ſequeſtra
m; Spartæ ſpolium, raptamq; repoſcat.
Eacidem ſtimulantibus excitat auſis
nguere animus furor intima pulſat
eſidem mens arguit effera dextram.
dio ſimilis præconia famæ
fectans, it iuncto robore Mœſos
agros: venientia bella Caycus
voces cantu ſtridente remiſſas
nnus olor: peregrinum Naiades hoſtem
idiſſe timent, tutaſq; ſub vndis
crymas: pecudum laſciuia ceſſat,
aminus & floris, & amnis, & vmbræ,
ox vrbes, fluuios, & pabula turbat
apitur quicquid vel dulce, vel vſu
vel Marte iuuans, vel pace decorum.
ga queſta boues, fugiente colono
irantur opus, mirantur abactum
em: quacunq; vagum fert impetus hoſtem,
, ſulci, ſyluæ teſtantur Achillem.
iras poſtquam bella increbreſcere ſentit,
eratus opes, & numina ruris
ceſsiſſe nouam, parat arma, cohortes
otis occurrit viribus hoſti.
olata nouæ præconia palmæ
rijs intentas raptibus alas
oſtilemq; addens in verba cachinnum,
efenſor adeſt: nec plura, feroxq;
iectum nimbis torrentior hoſtem,
is medios, proſtratamq; impete primo
o victore aciem. res plena ſtupore,
t, ſoluſq; fugat: ſic igne triſulco
percuſſa domus, pars ætheris iram
cunctos ſpargit ſua fulmina terror.
diræ furijs exterrita dextræ
dat terga viro. fugientia primus
rendit curru veſtigia regis
uippe æris apex radiantis inertes
lebras. ô noxia gloria rerum:
ſ fatis adimit fuga, notus in auro
Dux timet, & vitæ diſcrimina ditia geſtans,
Cùm vellet latuiſſe, perit. iam ſæua cruores
Haſta alias hauſura fluit, primuſq; tepebat
Mucro, cùm parma repetitum Telephus ictu n
Depulit obiecta, dextramq; eluſit inanem.
Miſſilis innocui mixta pudor aſperat ira
Æaciden, frendet, atq; igneſcentia torquens
Lumina: Túne meos (ait) auſus fallere niſus,
Et ſteriles quaſſare minas? ſic fatus in ipſum
Vibraſſet iaculum, timido cùm Telephus ore,
Heu parce, exclamat: procul hæc fortiſſime gentis
Myrmidonum, auertant ſuperi probra: túne bis vllum
Percuties hoſtem? quiſquis vel ſenſit Achillem,
Sufficiat cecidiſſe ſemel: tua fulmina paſſus,
Alterius non mortis eget: cur torua minaris?
Non tegimus, meruitq; tamen, ſcis ipſe tumultus
Et Diomedæi furias gregis. atra nefandi
Septa ducis, longis hominum ſatiata ruinis,
Herculea cecidêre manu: ſtratoq; tyranno
Tutior in patriam reducem Teuthranta regreſſus
Poſt crebras acies & equorum bella recepit
Ipſe triumphanti ſatus Hercule, Mœſa ſubiſſe
Regna ducisq; hoſpes blandos coluiſſe penates
Gratulor, ac memini gratus: ſed dicere longum
Quæ mecum geſſit, patris memor hinc mihi lapſum
Erigere, & gladios tutari cura timentem,
Et tardum veniſſe pudet, quin Martia magnum
Si manus Æaciden vt non ſenſura fatiget
Membra trahit, faciliq; animo noua ſuadet Erinnys
Vltra velle nihil, nil citra poſſe, ferendum eſt,
(*Credimus,*) Cedimus, hoſq; artus gelidos, hęc redd imus
Vltrici calcanda rotæ. ſic fatus, in altum (exta
Sublato clypeo, pauidè tamen, vltima queſtum
Fata ducem monſtrat, friget cruor, oraq; pallent
Eluctante anima tandem miſeratur Achilles,
Agnoſcitq; manum. ſic multa fera furorem
Temperat, & pœnis tandem ſatiata ſupremis
Illaudata feros differt clementia motus.

At Teuthras vbi dura ægris inſidere fibris
Altiùs, & certam minitantia vulnera mortem
Sentit: Habe Mœſos, inquit, te Telephe noſter
Poſcit honos, quis enim propior, quis dignior hæres?
Me tuus Alcides Thracenſi vrgente tyranno
Edomitis abſoluit equis, ſceptriq; quietem
Sanxit, & armatos in pacem reddidit annos.
His meritis tibi regna damus, quæ perfida fati
Ira negat prædata mihi te lenius aſtrum
In ſenium feroſq; dies & ſumma reſeruet
Tempora, regno hilarem. vix hæc & frigida feſſis
Atropos inſerpit labris, turbata rigeſcunt
Lumina, hebent ſenſus, viuoq; exuta calore
Membra gelu letale ſubit: mens libera tandem
Euolat, & ſocios redit inſpectura Triones.

Telephus vt vacuos ſpiranti ſanguine vultus
Conſpicit, effuſo miſeranda in vulnera fletu
Funus herile ſtruit quicquid vel mulcet odore,
Vel virtute ligat neruos, artuſq; fluentes
Continet, aggeritur buſto. compeſcit hiantem
Dextra premens ictum, fluxum domat arcta cruorem
Faſcia, & obſtruſos fruſtra negat ire meatus.

Regia conſpicuis moles inſcripta figuris,
Exceptura ducem, ſenis effulta columnis
Tollitur, electro vernat baſis, arduus auro
Ardet apex, radioq; ſtylus candeſcit eburno.
His excepta ſilex artus clauſura verendos
Iaſpide veſtitur. gemmæ quas littoris Indi
Diues arena gerit, aurum quod parturit Hermus,
In varias viuunt ſpecies, ditiq; decorum

Materiæ contendit opus. quod nobile ductor,
Quod clarum gessit, ars explicat, ardua pandit
Moles, & totum reserat sculptura tyrannum.
Prima ducis facies nascenti vagit in ære
Sidonijs variata togis, cunalis in altum
Surgit honos trepidæ circum nutrixq; parensq;
Alterno teneros demulcent vbere fletus.
Proxima lasciuis inhians discursibus ætas
Nunc labente pila, nunc se voluente fatigat
Buxo, nunc arcu credas curuata coire
Cornua, & excussam neruo stridére sagittam.
Tertia magnanimi loquitur primordia regis
Accingens pictura virum, regale verendas
Accendit diadema comas, sublime sedentem
Fulcit ebur, sceptroq; manus radiante superbit.
Ipse noua vultum pictus lanugine, regni
Maturum dispensat opus, belloq; togaq;
Alternus, rerum vario poscente meatu,
Commodat aut fremitus armis, aut ocia paci.
In serum perducta senem pars vltima canos
Colligit, & raris fulcantur tempora rugis
Progressos testata dies: procul exitus æui,
Mors longè, & Lachesi stamen vitale ministrat
Nondum fessa soror. at fato maior Erinnys
Præcipitat festinat ducem. tres ære propinquo
Hærent, irata Pelides fronte, precanti
Telephus, exanimi Teuthras. pallere videres
Ora, genas, aurumq; mori, cruor altus in auras
Exilit, & minio rorant tabulata fluenti.
Hæc super exiguo breuiter collecta sigillo
Fata viri, quis regis honos, quis funeris autor,
Quod fatum, quæ causa, patentq; hoc singula scripto:
Dux Teuthras Mœsis, decus aruis, passus A[chilli]
Ense necem sensit, sceptri defensor auiti.
Postquam busta ducis nigro deplanxit h[onore]
Fida manus, mœstaq; vlulatum voce quieuit,
Supremo iam fine vale, redeuntia ducit
Agmina Pelides, vrbes inuitus amicas
Telephus & socios recturus linquitur agro
Ipse quidem plus pace acies, minus ocia be[llis]
Poscat, & armatæ malit discrimina vitæ,
Spe palmæ. at populi dilecto principe nudi
Mœrentes vicêre preces, vt regis iniret
Excubias, molemq; datam: monet ipse futu[ri]
Prouidus Æacides cultis insidere regnis,
In sulcos laxare solum, producere fruges,
Et missa socias solari messe cohortes.
Sic paribus vincet titulis, cùm ad prælia do[...]
Ille dies, ipsiq; manus. hæc fatus Achilles
Ad Danaos maturat iter, sed venerat antè
Dux Ithacus bellum referens, pacemq; ne[...]
Nunciat, ægrescunt indignanturq; Pelasgi,
Bella petunt, hæsisse dolent, & frondibus h[...]
Palladijs tentasse pudet. iam libera maior
Laxat frena furor, stimulat Bellona volente[s]
Mars cogit dubios, lugens per castra furen[...]
Interpres animi clamor tonat, arma capessu[nt]
Arma fremunt, augent lituiq; tubæq; tumu[ltum]
Et responsuris inuitant vocibus Echo.
Isset in Iliacos classis Pelopeia portus
Non expectata venia ducis. at nocituras
Nox nectit vicina moras, humilemq; sopor[e]
Decrepitus Titana dies, & anhela sub vnda
Admittunt radios Atlantia littora fessos.

LIBRI QVARTI FINIS.

DARETIS PHRYGII DE BELLO TROIANO LIBER QVINTVS.

HYPOTHESIS.

Prælia sub Priamo, sub rege Agamemnone Quintus
Conuocat, & primò cadit audax Protesilaus,
Patroclusq; armis mendax, & Merion acer.
Tum Paris aggreditur, Spartæ cum rege [...]
Et latus Hectoreum Pelides perforat hast[a]

ARDVA iam medium pulsans Latonia cœlum
Noctiuagos librabat equos, somnoq; profun-
Exarmata quies facilè spôdebat ituris (do
Portum, suadebatq; dolos dux ille Pelasgis,
Nocturnum disponit iter. non verbere pontus
Erigitur, non voce sonat, iussosq; silere
Sulcat inoffensos tacito sub remige fluctus
Incessum furata ratis sic cæde suorum
Exigua, innocuum lucrari fortè triumphum
Graiugenis fortuna dabas: at Martia Naupli
Proles erubuit fraudes, & furta negauit.
Vltimus hic Danaûm ter dena classe secutus
Signa ducum, longaq; exustus febre, moratas
Inachidis excusat opes, seq; obice morbi
Tentum, quàm primùm licuit venisse fatetur.
Hanc ipsa ad vocem facies facit, aspera passo
Coniurat pallor, & vultu teste merentur
Verba fidem: at sospes animus, nulloq; dolore
Fractior, imbelles artus neruosq; negantes
Exigit, & Martem manifestum suadet Achiuis.
Ocyus audentem virtus animatur in iram,
Iamq; dolis vicisse negant. sua quælibet angit
Gloria, qui iaculis longè, qui comminus ense,
Qui pede, qui curru fidit, vt classe mereri
Promptior, agnosci petit, expectatq; videntem
Percussura manus, & si quid nobile possit,
In tenebris sepelire pudet. sic Martia pube[s]
Mutatis hæret animis, longiq; saporis
Impatiens noctem vigiles expendit in vsus
In somnum non fracta leuem, seseq; viciss[im]
Excitat: hi tensos librant in bella lacertos,
Intenduntq; gradus, pugiles pars plurima v[...]
Exertat, partem vestis furatur ahena
In summos perducta pedes, ac deniq; iussi
Armantur pariter galea caput, ægide pectu[s]
Ense latus, pharetris humeros, & stipite de[...]
His instructa fremit in lucem turba, moran[...]
Vix passura diem. noctis dispendia damnan[t]
Et Venerem Tithone tuam, cùm præuia [...]
Amplexu gelido & sterili tardetur amore.
Vota virûm valuisse putes, intensior orbe[m]
Spiritus astriferum torquet, semperq; neg[...]
Elidens modulis stupidas nouus impetus a[...]
Phœbeum maturat iter. sensêre Pelasgi,
Sensit & ipse ducum princeps Argæus Atri[des]
Aduentare diem. mox nectens ordine pup[pes]
In medijs alnosq; breues & vela minora
Claudit aquis: at turrigeras pelagiq; potent[...]
Et bellare auidas primos disponit in ictus.
Cumq; metu prædone animi perculsa labar[...]

horrorem præſens inſtantia Martis
ıx orſa mouet, quis integrat iras,
firmat animos, & roborat auſus.
)anai, non nectere verba neceſſe
mulare preces:ſeſe excitat vltro
ıiſquis pauidus, timor obſtruit aures,
mens tarda negat. quin aſpera rerum
neminiſſe foret,ſibi publica bellum
patimur cuncti, nec ſola maritos
taceo veniales hoſpitis auſus,
ædonis opus,nec numina læſa
at ſolus in noſtras ſufficit iras
æ pacis rigor. hæccine regum
clara fides? ô barbara verè
nploq; carens & cognita nulli
iſnam nudæ clauſiſſet arenæ
ıiſeris,quos obuia Scylla,ſecuta
io fregit Thetys hoſpita fluctu?
elamonq; illic,genitusq; tonante
iades, & quos habuiſſe ſuperſtes
et auos:minus haud tamen auſa profana
euitq; deos,generoſq; deorum
ıec ſe lenta Tyrinthius ira
ltus,paucis in bella ſecutis
t,redijt: bellum Hercule nullo
nullum ſenſit prior hoſtis Achillem.
iles animos cognoſcere certum
auſus,dignetur nemo priorem
quiſq; parem, quare inclyta pubes
nbellem gladijs vltoribus hoſtem,
uro deos,facilem ſine Marte triumphum,
ueror:quid virtus alta,quid arma
ıdabunt omnes,& pectora nullus.
viri pœnas ſoluiſſe tyrannum
idit non exorabilis hoſtis,
reſt hoſpes: violentior ille,
dios igitur nec tela recondas
rum quiſquis commertia quiſquis
oros(*caſtoſq; impunè ſopores*)caſtaſq; impunè ſo-
rus curat. quid plura? voluntas (rores
ectum cauſas habet. ite volentes,
es nullæ, nulla arma morentur:
uina fregit Tyrinthius alno,
lcate manu. ſic fatur,& ortum
roſcripta diem,periuraq; labi
ıros vigiles properantior axes
etiam lentas cauſantur habenas
roluiq; rogant intenſius orbem.
tus velox,& veſpera nulla,
i Solis rota præuenit ignes.
is grato lux omine firmet Achiuos,
Titana rubor, non pallor Eous
o,qualiq; in luce ſuperbit,
be dies & ſe confractior vmbra
num. tali pater ore ſerenos
us,miratur Achæa iuuentus,
n: Superiſne manus & tela negemus
cat ecce deus,Sol lætus anhelis
Neptunus aquas ac peruia mollit
o equidem,vires à gentibus iſtis,
o poſcunt ex hoſte triumphum.
exclamant Danai,totoq; reſultat
freto. non ſic inſibilat Auſter
ybernis,non tanto verna fragore
cipitant montes,non flumina cautes.
liacæ cuſtos Tritonidis Aſtur
ıtes,celeriq; incerta per vrbem
iens veſtigia,nunciat arma,

Arma iterat. Quonam vſq; viri torpebitis? inquit.
Ecce hoſtes,vidi ratibus tectum mare,iamq;
Littus habent. querulas tollit plebs credula voces,
Ac pueri lacrymis matres & voce ſecuti
Contendunt, gemitusq; æquant, acuuntq; tumultum,
Hector vt Europam totis adnare carinis
Audijt,extimuit paulùm: mox mente reducta
Colligit in vires animum,ſeſeq;, quòd ardens
Auſa fugam virtus,peregrino pulſa timore
Ceſſerit,incuſat:rapit ilicet arma, nec agmen
Expectat, ſolusq; effracto cardine, ſolus
Euolat:exiliunt pariter, longeq; ſecuti
Stipantur Phrygij , ſæuos diffibulat vrbem
Murus in egreſſus aut vix iter vnda meantum
Expedit anguſtum tot millibus arua ſecundis
Troilus anticipat ſpacijs, hos tertius acer
Æquat Alexander,reliquos fert impetus idem,
Sed minor aut pedibus virtus, aut curribus ardor,
Primus vt Argolicos tonſis certantibus Hector
Denſius allabi cernit, Quonam impetus? inquit.
Siſtite Tantalidæ,medijs concurrimus vndis,
Tutores habet vnda ſuos. Sic fatus, anhelos
In fluctus admittit equos, propiusq; minantem
Phillacidæ puppim torta tranſuerberat haſta,
Affigitq; Lycum clauo, paucisq; cachinnum
Aſperat,I pelago tutus,non te æquor & Eurus
Excutient,ſtabili pinum moderabere dextra,
Phaſiacas dum quæris opes. turbantur Achiui,
Intendunt animos Phrygij, ferit aſtra tumultus
Diſſonus:aſt Echo dedignans barbara Græcum,
Frangit inexpletas iterato murmure voces.
Ocyus Hyſiphides vacuas rectoris habenas
Intuitus,ſubit ipſe,& toto robore pinum
Præcipitat:volat illa,& ſeſe infringit arenis
Iratæ ſimilis,ac ſicco naufraga portu
Explicat Hemonidas. mox cum periura teneret
Littora,& inuiſas primus calcaret arenas,
Protheſilaus, ait, Iter hac, hac ibimus(inquit)
O' ſocij,non tota Phrygum quam poſcimus Ide,
Communes partimur agros hæc fatus,in enſes
Irruit,& qua acies inſtat denſiſſima,durum
Extorquet violentus iter: treis littoris Indi,
Quinq; Arabes, ſeptem Nabathæę gentis alumnos
Conſumit victrice manu. dabat obuia Phorbas
Pectora,& intenta veniebat turbidus haſta.
At ferus Hyſiphides præciſo ſtipite ferrum
Decutit,ac maculis ruptis & caſſide fracta,
Pectora diuiduo perducit in ilia telum.
Stabat in occurſu pelagi Chaldæus Orontes,
Dumq; rates inhibere parat ſuſpenſus in ictum,
Fallit arena pedes, & inanes excipit auſus
Præcipitem merſura Thetys. premit Inacha pubes
Deſuper,ille pauens in gyros brachia ſpargit,
In medijs ſe librat aquis,nunc exerit vltro,
Nunc caput immergit pelago, varioq; timore
Aut longos hauſtus aut tela prementia vitat.
Tandem dum fluctus grauior rimatur opacos,
Incidit in puppes,frontemq; infigitur vncis.
Acrius incumbunt Phrygij,contrà ira furentes
Et pudor Argolicos armat, nunc littora perdunt,
Nunc dubiam lucrantur humum, bibit vnda cruorem
Alternum at Phrygio Græcus ſociare ſuperbit.
Emicat immodicus animi metuensq; priorem
Solus in extremum iamiam proruperat agmen
Turbidus Hyſiphides: populum vaga turba ſecutum,
Non vnam ſæuire manum creditq; pauetq;,
Ceu Mars ipſe premat. acies præuectus vtraſq;
Liquerat,ardebatq; arces calcare relicti

Con-

Contemptor belli.sed anhelo feruidus Hector
Obijcitur: Quónam vsq;? hic terminus,inquit,& ensem
Nudat atrox,conuinq; nihil tutante pyropo
In pectus consedit ebur:mox intonat orsis,
Quisquis es,i felix, reliquisq; superbior vmbris
Hectorea mactate manu.ruit vnicus ille
Laodomia tuus,! fidæq; oblitus amantis
Non timidas in bella preces,non mollia iussa
Pertulerat:primos teneri respectus amoris
Cessit ad armorum fremitus.at nescia fati
Hemonis absentem suspirat mœsta maritum,
Et non sensuros vultus premit,oscula figens
Cerea. difficilesq; deos in vota fatigat
Nequicquam iacet ille quidem, lapsusq; iugales
Impedit, & curru non agnoscente fatiscit.
Hunc vbi præcipitem volui videre Pelasgi,
Pennificat formido gradus, stimulatq; volucres
Ire pedes:cunctis iter est ad littora longum,
Et tardum repetisse rates.At fulminis instar
Prosilit Æacides,& formidabile frendens,
Proh pudor Inachidæ,vix dum præsensimus hostes,
Et iam terga damus,inquit:syluæq; trabalis
Robur,in obliquas quæ carbasa porrigit auras,
Corripit,atq; iterat, Nunc ô nunc nemo sequatur,
Solus eam,vincam solus.fugit ilicet omnis
Turba Phrygum:non arua modò,non littora nudant,
Sed quicquid pontum Phrygiasq; interiacet arces,
Accessu vacuo Danais patet vltimus Hector
Tanquam instans cedit, indignatusq; moranti
Arua legit gressu. cogit moderantius ipse
Æacides flectitq; gradum,& quia neuter in armis
Dissimilem sperat,hærent,audentq; pauentq;,
Alternoq; truces obliquant lumine vultus.
Ilicet in patulos acies diffunditur agros
Argolica, & quo castra situ,quo milite tuta,
Qui teneant portus,belli moderator Atrides
Digerit.ille iterum raptis ad classica turmis
Orditur pugnas,iamq; æmula prodit in arua
Bellatura cohors:contrà(sic impetus vrget)
Non defensuri properant Phryges,atq; ope spreta
Quam turres muriq; dabant, sese hostibus vltrò
Dardanidûm pubes æquat,bellumq; lacessit
Ipsa prior,nulli iam responsura vocanti.
Vt sibi distitijs acies vicina propinquis
Et campo propiore stetit,non ignibus Æthna
Ruptis,non geminis Isthmos lacerata procellis,
Non sic Hippotades antris fremit. omnibus ausus
Auget,& accendit iram fragor:improba nullum
Frustratur belli virtus.auriga iugales,
Seq; pedes stimulat iam dextras vndiq; miscent,
Et quærit sibi quisq; parem:sæpe impare pugna
Aut vni plures,aut pluribus obuiat vnus.
Aspera iam cunctis calet ira,bipennibus enses
Contendunt,hastæ iaculis,glandesq; sagittis.
Ecce Meneciades Chironis cura secunda,
Alter amor,similemq; animis indutus Achillem,
Prosilit in medios.stabant tres pectore iuncto,
Aptabantq; manus in vulnera præuenit ausus
Impactis Patroclus equis,vmbone Diarcem,
Hysiphilum curru proturbans,Hyphiton ense.
Hector in obliquas reuocato lumine turmas,
Indignans cecidisse Phryges,ruit impiger hastam
Fulmineam quatiens iuuenemq; * *
Vectori collidit equo,consuta regenti
Membra refert sonipes.at festinantior instat
Priamides,prensoq; iugo violentus in auras
Contorquet plenum galea caput ipsa supremis
Vox nondum defuncta sonis,exile susurrat,

Vltor vbi Æacides? tandem super agmina lo[...]
Labitur in Dorylam cassis,reliquoq; potitus
Corpore Priamides,spolijs auroq; superbus
Isset:at audentem contrè ire Merione præc[...]
Persequitur.tuq; & vita spoliabere & armis,
Quisquis es,exclamat:sed cumq; post vulne[...]
Incubuisset ouans rapturus opima,Menest[...]
Aduolat,& socias animo indignante ruinas
Hectoreum ferit ense femur.fremit inscius [...]
Nec dolor in sensum vires habet.ac iuga sp[...]
Crurum tincta notis,dubius tamen vnde,s[...]
Fluxerit an cædis Danaæ cruor,emicat axe
Infensus,poscitq; faces, atq; hoste repulso
Igne rates populante premit.subit obuius [...]
Iam tandem erumpens,& apertis Hectora [...]
Irato mucrone petit.trux ridet Erinnys,
Cognatum lucrata nefas.at concita cæcos
Errores aperit pietas, nec passa furentes
Communes declarat auos illi arma facesq;
Sponte relicturi,galeas ad mutua laxant
Oscula mutatisq; petunt tentoria parmis.
Interea stragis sociæ concessa sepulcris
Pax erat.Æacides cæsum lugere sodalem,
Hemonij Hysiphidem,te Creta paterna [...]
Quisq; suos.iamq; in geminos processerat [...]
Fœdus:at in tanta populus quam sanxit v[...]
Pace,alia Inachios turbat discordia reges,
Et regni dubium culmen quatit altera sem[...]
Iura premens Liuor,& nil insigne cupido
In socios cessisse ferens,coguntq; premun[...]
Naupliadam.ille queri,cæcis quod nutet [...]
Imperium,quòd non tantis inscitia curis
Plisthinia accedat,quòd bellis segnior vsus,
Quodq; alio miles egeat duce singula tex[...]
Obliquat proprium meriti decus,arma pa[...]
Excubias,consulta,fidem:sic anxius ambi[...]
Imperium,cæcus nimium,cui sola iubenc[...]
Gloria,& innumeræ veniant cum princip[...]
Dissensu vario certat fauor.his noua semp[...]
Grata magis,veterisq; iugi fastigia tolli
Clamant:ast alijs notos mutasse molestum
Et longum didicisse nouos sententia non[...]
Certa ducum,redeunt enses,& pace sepul[...]
Arma iterum rapiunt:coniectis vndiq; sig[...]
Collidit Bellona viros,hinc Troilus auda[...]
Fulmineusq; Hector, & formidandus in a[...]
Æneas:proles contrà suspecta tonanti
Æacides, gemini Atridæ,Calydonis alum[...]
Certantes acuunt iras.sic auster in Arcton
Irruit,in Zephyros Eurus,sic Æolus arm[...]
Hybernas acies,Æthnæaq; fulmina vincit
Hector continuò treis fundit Marte, Boës[...]
Saxis,Archilochum gladio,Prothenora te[...]
Indignata ducum virtus coit omnis in vn[...]
Vnum omnes contisq; premunt,gladijsq;[...]
Et quicquid cupidis, Mars vsu, Mulcibe[...]
Ingessit fatis.cumulant,tortoris Iberi
Iactus,insidias Parthi,libramina Daci.
Ille,velut Siculis insurgens vmbo procelli[...]
Instantesq; premit,atq; iras ridet inanes.
Parte alia Paridem Phrygios in bella vo[...]
Infestat Menelaus agens,paucisq; profatu[...]
Increpat:Agnoscisne hospes? reminiscere[...]
Spartanos coluisse lares:ad mutua veni
Hospitia,heus agê redde vices,duc Perga[...]
Si qua domi rapienda tibi. quónam vsq; m[...]
Iunge manus num terga paras? Ille arte C[...]
Fretus, Icirea delibat cuspide frontem

q; addit,I nunc,accedo petitis:
n visure,veni.crudescit in iram
non sic frendunt rapta vbera tigres
cythiciq; sues,Mauriq; leones,
socias Aiax Locrensis in iras,
ducem. Iouis igne citatius ambo
spargunt) rumpunt turbá, mediosq; per enses
prior alipedes Menelaus ituros
rensisq; iubis. Simul ibimus,inquit,
oia procul.dixitq;,& stare negantes
pingit equos.pallere videres
, cùm iam celeres moderatus habenas
st,parmamq; comes Cythereius heros
ptumq; hosti Troiamq; reductum
alamis,& bellis mollibus aptat.
ris,sic terga paras? sic prælia linquis
ignaue tuos? at Martius Hector
ies & bella vicaria tractans,
terimit,fugat, indefessaq; mutat
q; potens & ad omnes integer ictus.
comenes iaculos, sude Schedius, ense
)orius conto, Polyxenus arcu,
(*socium*) saxo Palamenen, Opistriphon axe
eptem mortes manus explicat vna.
imachus Phegiæ latus,at ferienti
imens, victor dat terga fugacem
is,& arundinis arte secutus
xæ(Morière)immurmurat auri.
Æacides dextra stomachante Sileum
q; metit, fatis Eufenius hisdem
unt, teq; ô Xanthippe metenti
ium letho dedit atq; ita cedes
nc inde pares,& funera librant.
golicas ferro pupulante cateruas
bat miles, sociosq; superstes
m turba suos:cum tempore rapto
nans, acies Agamemno labantes
rtatur,iubet, instruit,atq; obit omnes
limis equo, citiusq; futuras
es: nec enim Mœsas armare cohortes
plenas Danais dare differet alnos.
præcipitem faciles repetisse tumultum
gent omnes: iam quærere longum
,tardumq; dari:manus omnis in hostem
nulli furit irrita gaudia Martis
iciasq; truces,efferuere passim
uit huic in vultus pulchra genarum
nento hic linguaq; & nare recisa
erit rictus,his auris adempta,
is nutat humerus,pars viscera lapsa
nanibus nitens sese eripit hosti.
n largus stagnat cruor. inde relicti
surgunt trunci,currusq; retardant.
ernis niuibus.nec grandine verna,
astus Symois Thaumantidos arcu
atur aquas, & sanguine rapto
dit in pelagus.venientia Triton
pallens horret Thetys,omnia lustrat,
umbit,centenaq; millia voluit;
tum totiens lucratur Achillem.
occiduum Phœbus iubar,astra vicissim
,lucemq; stupentibus vmbris
pigêre diem:consulta vocati
uêre duces,iamq; ibat Vlysses
nte gradus Priamoq; ferebat
vulgiq; preces. videt Inacha longè
,creditq; dolos:mox acer ab ipsis
ijs,&,Quò properabitis? inquit.

State viri contrà pacémne huc fertis an arma?
Illi Palladia legatos arbore pandunt,
Exorantq; aditus:iam regis copia, iam res
Edita iam redeunt, treis suspenduntur in annos
Dextris bella datis.at fœdera Martius Hector
Incusat, pacisq; moras, fractisq; nouandas
Inachidis tanto coniectat tempore vires.
Incutiunt alias cunctis belli ocia curas,
Hi muris illi castris, vtriq; sepulchris
Inuigilant. vix flore solum laxauerat æstas
Tertia,desueti rabida in discrimina campi
Prosiliunt hinc inde duces.rotat efferus ensem
Hector,& ingentes animos fortuna ministrat
Supremos speculata dies,obitusq; decoros
Factis illustrat insignibus Antiphus antè,
Pòst Philibus clausêre virum,libratur vtriq;
Fraxinus, & medium suspendunt Hectora at ille
Obliquam reuocans hastam, sic excipit ambos,
Lugeat vt primus oculos,cerebrumq; secundus.
Euphorbum premit Æacides, dumq; ille recedens
Hastile incussum dextra obnitente retardat,
In turbam offendit, sociumq; Lycaona præceps
Obruit:insequitur victor,prolapsaq; transit
Pectora, consortes mittens ad tartara manes.

Troilus Ideam rapiens per prælia clauam,
Myrmidonas septem solo consumit in ictu,
Atq; alios septem,si septem forte fuissent,
Proturbasset agens, ipsumq; ardebat Achillem
Ferre manus contra: sed tot centena cadentum
Millia,tam varios gemitus, tam dissona fata
Indoluit Phœbus,celeresq; immersit habenas
Mœstior,& subitis conterruit agmina bellis.
Nox erat,& longo defessum Marte iacebat
Andromache complexa virum, cumq; aspera belli
Quæsisset, gens vtra prior,quæ nomina regum,
Qui vultus, quid Dardanidæ,quid gesserit ipse
Egregium, passúsne metus, sopita marito
Incubat, & primi nebula cessante soporis
In veras matura quies purgata figuras
Dira monet. Stabat thalamis iunctissima laurus,
Secretos amplexa lares: inimica securis
Hanc à stirpe metit,rorantes sanguine rami
In stratum geniale cadunt.plura ingerit horrens
Monstra sopor: iacet interdum sine coniuge,toto
Fusa thoro,nudos rursus videt oris hiatus
Sanguineos fœdare sinus. Tandem ægra soporem
Rumpit,& horrendis iterat clamoribus,Hector,
Hector vbi? timidaq; manu scrutata cubile
Ingeminat,Meus hicne meus? lenire pauores
Ille,& adhuc segnes paulatim demere somnos
Cœperat illa fidem visis nunc credula donat,
Nunc negat,amissumq; putans complexa maritum,
Omnia certa timet,& nil tamen ausa fateri
Armatum prohibere parat:muliebribus ille
Nil monitis motus,timidi præsagia sexus
Spernit,& impatiens bellantibus acer abesse
Poscit equos:tunc verò amens:tunc anxia vocem
Tollit, & occursus omnes rogat, exit & intrat
Incerta, ac paruum matris lamenta stupentem
Astyanacta trahens,calcandum in limine patri
Obijcit.induerat galeam,curruq; sedebat
Celsior:Andromache Priamo prænuncia clamat,
Heu morimur,succurre pater.vix principe iussus
Tandem hæret patiturq; moras,moderante cateruas
Memnone: sed nusquam Phrygia sub casside viso
Hectore mens Danais maior,fiducia maior,
Maior in arma manus,maiorq; licentia campi
Audaces proferre gradus;iam Pergama iuxta

Effu-

Effugiunt Phryges,exclamant matresq; senesq;
Queis pulcrum vel triste fuit de mœnibus arma
Conspicere, & miseris quatiunt vlulatibus vrbem
Hector in Andromachen oculorum fulmina torquens
Ergo iterum prohibebis? ait:stimulisq; iugales
Præcipitat. non sic Ossæa per ardua Mauors
Armigero terrore ruit,mucrone Gelonos
Fracturus . vel falce Getas, vel cuspide Thraces.
Illum vbi fraxineum rapientem in prælia telum
Agnouêre duces,dant illico terga,retroq;
Suadet iter custos animæ timor: at ferus Hector
Anticipat celeri fugientia pectora cursu,
In terga irasci spernens,teloq; trabali
Hydomenea petit, cui strage Leontius æqua
Concidit.at Sthelenus fugiens,atq; Hysidus instans,
Spiranti certam referunt in vulnere mortem.
Vltimus Hectoreum Polybetes senserat ensem
Altiùs impressum iugulo,non defuit augens
Supremam fortuna manum,transegerat armos
Armaq; & in geminos discreto corpore truncos
Solus inoffensus clypeus restabat,& illum
Dum victor mutare parat, læuamq; superbus
Argolica Iunone onerat,fremit acrius illa
Marte suo, facibusq; Iouis: sic pronus in iram
Sexus,sic priscus suadet dolor.excitat ergo
Æaciden.non ille quidem certamine,tanto
Tentasset conferre viro,sed Iuno negantem
Sollicitat,stimulat Pallas, pariterq; precantes
Præbent hæc animos,hæc iras,vtraq; vires.
Postquam peruentum propius, fisusq; dearum
Robore,fulmineum præceps nudauerat ensem
Æacides,trepidi coëunt hinc inde manipli,
Ipsaq; sponte hærent retrò data prælia regum
In campi maioris opus:mox sæuus vtrinq;
Clamor,vtrinq; metus.cupiunt vidisse furentes,
Et vidisse timent: facibus confligere iactis
Fulmina bina putes. prior occupat Hector [...]
Fraxineamq; trabem vibrat: volat illa,femu[...]
(Heus humili nimis acta manu, nimis inuid[...]
Letiferis)hostile ferit.pudor aggerat iram,
Frustrataeq; manus.at stricto dedecus hasta
Purgasset gladio, quum vulneris acrior ira
Æacides ensem librat, diuûmq; suaq;
Proturbat virtute virum:vix Martia tander[...]
Indignante anima,gelidos mens deserit art[...]
Extemplò turbata Phrygum laxatur inerti
Turba fuga: trepidis violentior instat Achi[...]
Ac dextra maiore furit. mactantur in ipsis
Millia bellantum portis. Tithonius heros
Obliquum pectus & respectantia terga
Obijcit Æacidæ.læditq; ac læditur ipse,
Seraq; vix tenebris dirimit nox bella secut[...]
Heu heu quàm tenui nutant mortalia fil[...]
Nil homini fixum Fortunæ munera bland[...]
Insidias non dona reor:semperq; timebis
Sirenum turbæ simileis, sub sole sereno
Nubem,sub risu lacrymas,sub melle venen[...]
Si tibi res,fallit casus:si forma,senectus:
Si vires,morbus:si nomen grande,litura
Postera:& in nullis fati constantia donis
Ipse etiam has inter tenui virtute procella[...]
Fretus homo,aut languet moriens, aut m[...]
Horum si neutrum, certè mortalis, & imos
Fraudatura dies medios metit Atropos an[...]
Occidit heu spes vna Phrygum, Mauorti[...]
Occidit, æternos cui si natura dedisset
Artus,ipse suos iaculandos Iuppiter ignes
Ocia tracturus vltrò mandasset.at illum
Imperijs sensêre suis obsistere Parcæ,
Sensêre,& viridis crescentia fila iuuentę
Collata rapuêre manu,tutore perempto
Facturæ Phrygiam licito maiore ruinam.

LIBRI QVINTI FINIS.

DARETIS PHRYGII DE BELLO TRO[IANO] LIBER SEXTVS.

HYPOTHESIS.

Anxia Sextus habet dubio certamina Marte,
Læduntúrq; duces, Sarpedon, Deiphobusq;,
Troilus & sequitur Palameden,Memnona Achilles,
Et Paris.vrbs capitur, Priamus rex mitti[...]
Fletq; Hecuba, ac Danaûm reditum com[...]

Segnior explicitis mœrentia signa cateruis
Troia mouet, rorant clypei, cristæq; grauátur
Luctibus angustũ crebris singultibus aurum
Rumpitur,arma nocẽt, toto nil agmine lætũ.
Dulce nihil:signa ipse minus pugnantia vento
Mentitas laxant animas, morituraq; tardis
Flatibus inclinant faciles languere Dracones,
At sonipes,animi non argumenta superbi
Iratas iterat voces,non puluere capto
Multiplicat suspensa leui vestigia gyro.
Non fremit incertum,sed tota immergitur aruis
Vngula,submittitq; equitem, aurigamq; perosus
Auertit collo venientia frena reflexo.
Stridentem litui gemitum, stridentia reddunt
Iussa tubæ,nulliq; sonant non triste tumultus.
Talis in aduersas trahitur duce Memnone turmas
Mœsta Phrygum pubes, poscunt remeare,negantq;.
Venturusq; Hector semper post terga videtur.
Qualiter Hyblæi mellita pericula reges
Si signis iniêre datis,labente tyranno
Alterutro,viduos dant agmina stridula questus,
Et subitum vix nacta ducem metuentia vi[...]
Spicula, & imbelli remeant in prælia rostr[...]
Iamq; Argiua phalanx, lætis iactantior[...]
Prodierat,tollitq; animos,celeremq; trium[...]
Hectore deiecto sperat,dux digerit arma
Naupliades voti compos,curasq; timenda[...]
Induit & duro fruitur miserandus honore.
Atrides regis insignia ponit,& vltrò
Exuit imperium: nec enim venisse fatetur
Iure ducis,fieriq; satis,si principe quouis
Freta cohors,redeat post diruta Pergama [...]
Nil refert,quis vbi,quando, sed qualiter,& [...]
Factum:durabunt actus,& transiet autor.
His addit,se iure, frui potiore Mycenis,
Et stabilem regnare domi:nec signa priora
Sic ambire cupit,vt fesso pectore malit
Et vigiles Lunas,& duros ducere Soles,
Martius Æacides mutatas solus habenas
Arguit,at rapto Palamedes Marte superbu[...]
Vincere contendit titulis,regemq; mereri.
Ergo iterum coëunt acies,properatur vtrin[...]

crescit ager, rapit agmina cuncta
ciosq; enses, & turbine primo
ehitur: qualis vexilla Gigantum
Briareus Phlegræo in vertice tollens,
Iouis ignes, tela Dianæ
,Phœbi pharetras, & Palladis angues.
nsurgens heros Ioue patre superbus,
olicam congressaq; signa deorum
:quacunq; vagos raptatur in hostes,
nanu proturbat, millia multa
o, fulmen sæuire paternum
itrus curru stridente minores.
x Gobius nec lætior illo
fuetusq; feras incessere telis
rinas, quartus tot funera Perses
ios misso Sarpedonis armos
ulo, sed vix tamen ille coactus
titer, vultuq; in terga reiecto
eret gressus, semperq; redire
sse indignans, pulsatq; vetantes.
acies, sparsoq; cruore
muis victuro vulnere vires.
sas properat laturus aristas
Garamas, & te Thesida volentem
cat. Danaas hebetauerat iras
sis viniq; audacis egestas,
ta fames. pax arma soporat
ata fides: vtriq; cohorti
tent, fas ciui Graia videre
sti Phrygios lustrare penates.
os aditus, alterna pererrant
m sacra comitante caterua
ies Tymbreæ in limine portæ
rens: cinis annuus, vmbra laborans
s lamentaq; festa reposcit
re decus. stant crine soluto
æsta virum, natum altera, fratrem
riter lugent, nunc singula plangunt.
allorem candore sepulto
tus, sola ore Polyxena floret
ciem nil audent nubila mentis.
c optat, & acuto Cypridis arcu
es subitos suspirat amores.
Venus producta tenellos
litanimos pede. sic noua voti
mulos similesq; immobilis ignes
lamos periturum emollit Achillem.
norum meminit, nec prælia curat,
velit patriosq; reducere cœtus,
e aciem, si regia detur
orsq; thori, preciumq; recessus.
yga Sergestum, cui proxima in omne
fides, pacemq; futuram
cogendum in fœdera Martem,
Myrmidones præcepta sequantur.
us, remeat Sergestus Achilli.
d bella nocent, faciliq; repulsa
x hæc: Virgo si publica cessent
as nuptum tradetur in oras.
nunes reditus monet, & graue frustrà
s queritur, nec iudicat æquum,
um & muliebria prælia tantos
es, Spartanaq; damna medendo
reges longis consumere bellis.
go, Martisq; remissius ardens
ita furor: sibi crastina quisque
nox accepto tempore, partæ
nesse rates, quas donat Achiuis

Telephus, infensusq; tamen quòd signa sequantur
Altera, ductoresq; nouos, Agamemnone pulso.
Vixdum contigerant portus, mutata tumultu
Agmina crudescunt alio, gladiosq; reposcunt.
Torserat astriuagum pacta in vestigia Phœbum
Annua mobilitas bissenos passa labores,
Et iam mixtæ acies: solus non prodit in arma
Æacides: solus non militat, obice belli
Vota hærere dolens. alios in prælia cogit
Naupliades, faustumq; suis comitantibus omen
Impete Deiphobum primo petit, vtraq; iacto
Tempora transadagit iaculo, funusq; secundum
Dat Phrygio lugere duci. rotat obuia tela
Sarpedon, quantaq; cruor virtute relictus
Sufficit in vulnus, vires expendit in ictus
Prodigus instandi, nec iuncta potentia fati
Prorsus abest, clypeum transit, læuumq; cruentat
Obliquo mucrone latus. felicior ensis
Naupliadæ, casuq; manum meliore secutus
Iratis flendum superis Sarpedona fundit.
His hilaris, multoq; alijs iactantior, Ecce
Ecce, iterat, quantos dextra victrice negantes
Ense palàm sterno. quid plus testabitur ausum
Phlegra Iouem? Libycus Alcidem? Thesea Minos?
Talis erat Danaûm princeps. vix ista nec ista
Fas plenis iactasse sonis, venit ecce sagitta
In iugulum stridens. Paris hanc excussit in auras
Assyrijs melior, æquaturusq; Gelonos.
Dux ruit, & tenues iactatrix gloria fructus
Cum luctu lucrata perit: cunctiq; iacentem
Mixtis confodiunt hastis. at rege perempto
Non se turba regit. cæso duce tota sequentum
Debilis ægrescit virtus, arma ipsa videntur
Posse minus. sic si ruptis moderator habenis
Deciderit, turbantur equi, leuiora stupentes
Imperia, & subita iam libertate potiti,
Ceu timeant, incerta vago vestigia cursu
Præcipitant. lege hac fugiunt, hoc ordine fusi
Graiugenæ: iam castra procul, iam littora longè,
Seq; terunt vicibus, & qui prior, esse supremus
Atq; hosti propior metuit: mox pectore nudo
Terga tegunt, armantq; fugam: sed nulla tueri
Tela queunt, classes nullæ, munimina nulla:
Incendunt, sternunt, perimunt, face carbasa, contis
Arces, ense viros. strages vulgatur, Achilles
Dissimulat: sed tot tedas, tot tela secundus
Sustinet Æacides, & defensore laborat
Iam fessus clypeo. tandem miseratur anhelum
Altius attollens pontum Thetys, & venienti
Occurrit Phœbo, radios mersura morantes.
Postera vix vmbras lux soluerat, vndiq; in iras
Surgunt, armatoq; acclinia tela cubili
Corripiunt. pars in clypeos ceruice recepta,
Non madidum mucronis ebur, non cassidis vmbram
Soluerat, ast ipsis audax sopor incidit armis.
It tuba præceptrix Phrygijs, it tibia Graijs,
Et litis litui testes. at prompta vocantes,
Anticipat virtus modulos, crudescit vtrinque
Pugna ferox: instant, cedunt, minitantur, & horrent,
Alternansq; vices fortuna ferensq; triumphos
Exiguasq; fugas populis permutat vtrisq;.
Vrget eques pedites, illi inclinantur in ictum
Arduus, hi tollunt humiles in vulnera dextras.
Ibat Abas. cumq; aurigam turbare Melampum
Subiato mucrone parat, sensisse putares
Cornipedes, suspensa truces in pectora surgunt,
Implicitumq; terunt pedibus, stratisq; relinquunt.
Lætior euentu, fisusq; Melampus equorum

Auxilio,per & arma virum,perq; ora ſuperbo
Feruidus axe velat,calcandaq; corpora quærens
Non vacuam dignantur humum. tandem Anxuris haſta
Dictæi ruit incuruus,proprijsq; fatiſcit
Interceptus equis:clamantemq; ore ſupino
Parcite,nil miſerans ſurdi rota præterit axis.
Anceps pugna ducum palmæq; incerta fluebant
Bella diu,donec medios prorumpit in hoſtes
Troilus,horrificisq; comes victoria ſignis:
Qualis Pellæus,qualis Calydonius exul
Fulmineas habuêre manus.prior ille ſecutus
Alter:at hic ſuperat vtroq; potentior ambos,
Vtiq; omnes claudam titulos breuis, Hectore maior.
Mirati cedunt Danai, grauiore procella
Corda pauent,ſecura prius:pluresq; renaſci
Hectoras attoniti cenſent, ſic Troilus ardens
Fraternas renouat cædes: inſignia dextræ
Victricis ſenſiſſe dolor,ſpectaſſe voluptas.
Eminus Alceſten Niſæum,cominus Idam,
Hunc iaculis, hunc enſe metit,tantoq; ſub hoſte
Nulli turpe mori:pars tanquam occumbere certet,
Inflictis gaudet iaculis,& morte ſuperbit.
Exierant Ithacus,Tydides,Neſtor,Achillem
Flectere:is in tantis vnus te Troile dignus.
Sed ſteriles redire preces,ſtat linquere fixum
Bella duci, validaq; ipſos ratione rogantes
Arguit:ac bellum pendit,quòd cauſa pudori,
Congreſſus damnis,& commoda nulla triumphis.
Facta fides ducibus,hortantur fœdus, at obſtat
Cui thalami propior ſpirat dolor,obſtat Erynnis,
Obſtat Parca tenax.fatoq; potentior omni
Bella refert Danais ſcrutatus numina Calchas.
Haud mora,proſiliunt ductore Agamemnone læti
Oebalidæ,contrà non ſegnius æquor anhelis
Priamides, tranſmittit equis,vectore ſuperbus
Magnanimo ſulcos ſuſpendit in aëre currus.
Et raro defigit agros,vt tardior anguis
Triptolemi,Veneris ales,Panthera Lyæi.
Puluere creſcit ager, putriq; in nube ſepultam
Prætexit caligo diem,nec ciuibus hoſtes
Internoſſe datum,donec reuocante ſerenum
Cuſpide ſanguineos campus conſedit in imbres.
Strauerat Alcidamas Teucrum Leoconta, trabalem
Eminus intorquens haſtam,miſſamq; ſecutus
Extrahere ardebat,vt teli laude madentis
Aut formidandus Phrygijs,aut gratus Achiuis
Iret ouans.at glandiflua præuentus habena
Occidit, & iuncto ſolatur funere Teucrum.
Tranſfigit Eurypylum iaculabilis haſta Menalcæ
Occiduas ingreſſa comas,læuumq; per orbem
Exit,& excuſſum defert in cuſpide lumen.
Lernæa Lycidam transfigit arundine Glaucus
Qua ceruix connexa humeris:iugulo illa patenti
Inſidians,galeæ clypeiq; interuenit oras
Herculeis imbuta vadis:dupliciq; fatigat
Morte animam, furit hinc virus,cruor inde ſecutus
Miſſile,& inciſo tandem de ſtamine certant.
Terſilochum Cromius,Xerſes Creteona, Niſus
Fundit Alym:iacet hic iaculo, iacet ille bipenni,
Tertius intento diſtrictus palpitat arcu.
Rethea Rheſus agit,Lybidam proturbat Aconteus.
Stemona ſternit Ion, Teſſandrum vulnerat Argus,
Mactat Achonta Pholus, Pholon Ebalus,Ebalon Actor,
Actora Thyodamas,& Thyodamanta Lycæus.
Eminet aſperior dextra,maiore laceſſens
Troilus Argolicos, & quanquam Antenoris enſem,
Æneæ iaculum,prædonis tela tremiſcant,
Hic tamen hic vincit,& lautos obruit omnes

Omniaq; in proprios lucratur facta triumph
Miratur Bellona virum,ſtimulatq; furentem
Parciùs, & docilem gaudet viciſſe magiſtru
Ipſe alias diſcis iras maioraq; Mauors
Prælia,& exemplum diuus mortale ſecutus
Dum Scythicis inſtat,viſos reminiſcitur(au
Ibat fulmineo Phrygios mucrone fatigar
Feruidus Vmbraſides,hinc nudo Troilus e
Diſputat,& mortem,menti qua cella ſecund
Attonito concludit atrox:fruſtra ille labora
Soluere,cùm nequeat fatale neceſſe refelli.
Mox premit Aſcalaphum. ruit ille in terga,
Expectat,fallitq; manum,ſed fraxinus ictum
Sicca redire negans reperit,figitq; iugalem
Implicitum domino: trahitur retinentibus i
Scanſilibus,potoq; perit in ſanguine merſu
Contentus cecidiſſe virum,premit agmina
Cætera Priamides,& terna tricuſpide claua
Funera continuat.foſſos gemit Aſtilus arm
Pectus Itys, vacuamq; excuſſis ilibus aluun
Antiphates:ſed ſæua licet,tamen inguine n
Inferius graſſata manus,tumidusq; ſuperbi
Poplitibus cæſis humilem infamare triump
Iam magis ardentem tenues conſumere
In populum tædet,vulgari tela cruore
Immenſus violare pudor,nec paupere frau
Plebem anima,furit in iugulos regumq; d
Acrior,& quà acies ſtipat gemmata cohort
Irruit,Atridasq; ambos ſed diſpare telo
Sauciat.hunc iaculis,illum ſude:tertius en
Vulnificum paſſus plangit Calydonis alun
Hos quoque fudiſſet,ſic nunquam debilis i
Sic præſens ſemper virtus:at turba profun
Interiecta grauem fruſtratur vulnere dext
Ipſa etiam ceu nulla deis,ſic rara tyrannis
Atropos,inq; animas inopes audacia maio
Nutabant Danai, iamq; his ſpes nulla triu
Nulla fugæ fati fraudes,commenta deoru
Et falſum Calchanta dolent, reditusq; ſuſu
Si nulli poſt terga metus.mox Neſtor & ip
Peliden Agamemno rogant:negat ille ſuo
Myrmidonas in bella tamen concedit age
Hos vbi conſpexit rapido prodire tumultu
Troilus,Huc tendamus,ait,quæ'nam hæc
Quis nouus hic puluis? an & hos huc de
Nunc primum,& totas properat conſume
(At ſuperi melius)deerant quos perdere
Et Stygio mandare Ioui gladiusq; timebat
Ocia ſaxo igitur poſt fulmina Dardana diſc
Vtiliùs latuiſſe domi:Sic fatus Hypartum
Ductorem cunei, quà flammeus vmbo co
Robore fraxineo figit,teloq; moranti
Præcipitem perturbat equo:celer ille rece
Greſſibus,abiectaq; haſta,clypeoq; relicto
Acriùs inſtantem fugit hoſtem: in caſtra r
Argolica,illic ante ipſum mactatus Achille
Concidit, & fuſo tentoria ſanguine ſignat.
Frendit atrox,quantumq; ingens dabat ira,
Erigit Æacides, ac toto robore niſus
Iam reſponſuros parat ictus.venerat antè
Lancea Priamidæ,læuosq; inuaſerat armo
Hoſtis:at innocuum fallit Tritonia telum.
Sentit,& aduerſos incuſat Palladis aſtus
Troilus.at iaculo melior fortuna ſecundo:
Lædit enim libatq; humeros,& morte peti
Inuenit indignans vulnus ſine funere cuſp
Tertia maiorem cornus potura cruorem
Rapta manu venit ecce abies,& ſtridula ce

ctus.celsos præsagus in armos
nipes:dubium,defendere tentet,
gaudetq; tamen perculsus herilem
necem.flexo tunc poplite fusum
culcat herum, fatumq; ruentis
ille quidem nolit,sed dum grauis vrget,
acides,& iam surgentia ferro
t:longeq; licet decurrere iussa
ruix,truncus manet,ipsaq; nondum
ianus bellum factura mouetur.
us,quæ fata querar? quos Troile diuos?
s opem gemit Ilios orba sepultam:
neritæ spirant præconia famæ:
n solum dignatur laudibus Argos,
:quiq; antè Phrygi spes publica vitæ,
obsessæ tutorem Memnona mortis
es:funus lacerum spoliare parabat
ohibet Memnon,miseræq parenti
regij lugendos destinat artus:
rymas,sibi bella:alijsq; tumultus
sibi tela mouet,raptaq; superbum
torem vindex premit:inguina telo,
rat gladio.respexit Achilles,
atus furialibus intonat orsis:
cant;Stygia prior hospes in alno
ygias pariter transnabitis vndas.
o iamdudum viscera regi
rfossa stylo.niger emicat altè
xutos mulcet styx frigida manes.
arum fuso duce.sæuior instat
um princeps,sic mens acceptaq; suadent
itrepidos longum quæsisse tyrannos,
lum violens furit, impetus iram
icem cogit plebescere dextram.
auidos,audentes fundit,inertes
dimitq; breui longa ocia bello.
iacos fremere in certamina campos
uanquam tardari puluere visus,
cernit Vulcania, sæuit in hostes
iden,gaudet cùm talia spectet
epulisse Thetim:pallore minori
iontes Phlegræaq; bella timeret.
rages numerat,natoq; superbit
u fati,mater: sic gloria vincit,
endit mirantem prælia fluctus.
re iuuat, & fas sperare triumphum,
vna fuget,fugiatq; exercitus omnis.
ùm canet ager, cùm messis adulta,
io fugientia iugera vento.
ffracti tardatus vulnere currus
clauso socios poscebat Iolas
eriêre preces,en Pelias hasta
iffigit foribus,portæq; maritat.
ra licet longè,pauciq; sequantur,
edit vix exorante Minerua.
ictificos mœsto Thernone iugales
ouet:nunquam tam prodiga roris,
iauit agros,stupet ebria tellus
ion passa prius,sic vbere fletu
a parens.huic adgemit axis vterque
aceræ nubes, & saucia cœli
lalio spirat decor integer astro.
eresse piget:poscensq; sepulchrum
n per secula longa cicadam.
tumulos Nabathææ messis odores
rens,natoq; suprema parabat
volucrum famulantibus astitit alis
ura phalanx,auis vnica phœnix,

Et Progne non vna venit, cauat Ardea rostro
Marmoreum fossore solum,Luscinia planat,
Psittacus inscribit apices, philomela precatur,
Plangit olor,turtur tinnit Iunonius ales
Lustrales sparsurus aquas,properabat:at omni
Dura Phrygi, reuocat inotas Saturnia pennas.
Fortè Ioui referens Telchinum tela,redibat
Rex auium:ac viso cunctantur funere,fulmen
Deponens,aliàsq; faces,incensaq; thura
Corripit,& sacris solatur odoribus aras.
Iam flammæ sopita fames, iam plena soluto
Vrna viro,redeunt volucres,mulcentq; parentem,
Annua Memnonio pactæ solennia busto.
Parte alia natis flendos instaurat honores
Infelix Hecuba,heu quantos enixa dolores.
Iam tumulos numerare licet, iam tertia plangit
Funera:sic Niobæ geminis orbata pharetris.
Quem peperit populum fleuit, nec parcior ira
Iunonis:grauis huic Saturnia, Delius illi.
Aruerant lacrymæ,deploratusq; sepulcri
Iam tacitus,iam siccus honos.at solus in altas
Maternus crescit curas dolor,excitat ægrum
Anxietas animum,fraudesq; in vota ministras
Vltor habet gemitus:stabant radiantia Phœbo
Templa suburbano, nomenq; auctura tegebat
Lanugo Thymbræa deum,circumq; supraq;
Vmbrabat dominas folijs ornantibus aras.
Huc Hecuba in facinus audax inuitat Achillem,
Coniugij factura fidem venit ille,sed arma,
Sed comites nulli,solum sibi Nestore natum
Iungit,vix gladio cingi memor:omnia linquit,
Dum miser optatos properat visurus amores.
Quin vetat insidias credi fraudesq timeri
Ipse locus templiq; fides. at matris,adulter
Dardanus imperio,post læsa cubilia sæuum
Nil reputans pacemq; deûm delubraq; turbans,
Occulit armatas post ipsa altaria turmas.
Vix fallunt animi præsagia,venerat heros
Martius,sinq; ipso trepidus ter limine gressus,
Fixit, ter redijt atq; alternante pauore
Erectæ sedêre comæ:ter præscia fati
Effigies lacrymata dei,stupet ipse timorem,
Ter timuisse negat:ruit ecce inuisa iuuentus
Voce minax,dextraq; ferox,mediumq; coronant
Armata statione virum.prior occupat acer
Priamides,Ne flecte gradum. sponsæ ne petitæ
Amplexus habiturus abis? venit ecce. sed illam
Ornatu studiosa parens, iussisq; moratur
Mollibus,& trepidam primæ docet oscula noctis.
Dixerat,& gladium vibrans,& vulnera præceps
Prima petens:Nunc nunc addit, nunc si qua iacentum
Gratia,si quis amor lapsis,hoc sanguine, ciues,
Expectant Phrygij suprema piacula manes.
Ille quid? vnde animi? vel quò fuga? turpe precari,
Et veniæ spes nulla:tamen mox veste lacertum
Multiplici munit,ac rapta cuspide,quantum
Nuda potest virtus & vis obsessa,repugnat,
Et populum manus vna metit,nec segnior ira
Antilochi premit,instat,agit,laudisq; supremæ
Ambitus,& præceps dat desperatio vires.
Sic quercus geminas certat pagana bipennis
Centena truncare manu,vix vulnere multò
Exhaustæ tandem nutant,lapsasq; sequuntur
Immensæ pariter nemorumq; virumq; ruinæ.
Haud secus heroës perstant,nec vincere pronum
Teucris,mille licet mortes hinc inde fatigent,
Nec iam vulneribus pateat locus,improba donec
Ipsa virum virtus fractos consumpserat enses,

Mox Phryges incumbunt propius, prolapsaq; nondum
Congestis clypeis casura cadauera, si si
Quos nequeunt armis, armorum pondere vincunt.
Vidit, & vltorem Phœbus curuauerat arcum,
Tela dabat Pallas, vetuit pater igne sagittis
Obuius intentis & pacem fulmine sanxit.
Gaudet Alexander, faueant ceu numina factis
Et placeat fraus illa deis: auibusq; ferisq;,
Proh scelus, extorres artus & funera nuda
Proiecisset atrox. melior nî iusta moneret
Frater, & infandas Helenus compesceret iras.
Heu quas lugendi facies, quos vndiq; vultus
Communis Danaûm dolor induit, inde querelæ,
Hinc lacrymæ, cùm bina ducum ceruice redirent
Funera, mortaliq; rogo duo numina belli
Relligio permissa daret: nec separe luctu
Myrmidones Pilij've dolent, certamine pulcro
Fletur, & æquanti iamiam latet agmine Nestor.
Sic si destituat superûm pater, orba querantur
Sidera, & ignoto contendant funera fletu.
Vincendi iam nulla fides: nec fata, nec ipsi
Spem præstant superi. perstant tamen ire, deosq;
Consultare libet, redeant ne, an prælia firment.
Sed redeant potius, nec enim fiducia bellis
Æacide fuso. Calchas it, quærit, & audit
Audit Achillea vincendum prole Pelasgis.
Pyrrhus erat quem fata dabant, hunc Scyrius hospes
Seruet fœminei quondam nutritor Achillis.
Nec mora, decreto procerum, Menelaus ituras
Disponit classes. nouiq; & dicere pronum
Quas remo lassauit aquas, quos legerit olim
Portus, quæ freta, quas vrbes, Calydonia virtus
Dulichijs adiuta dolis: cum puppe propinqua
Te Delos, te celsa Samos te Bacchica Naxos
Raderet, at residem rursus Bellona fatigat,
Armato modulanda stylo. produxerat ardens
Mygdonios in bella Paris iamq; agmine toto
Maximus innumeris fratres æquare triumphis
Destinat augescunt animi, maiorq; videtur
Ipse sibi. laxat arcus, & tela superbit
Spargere morte alia, maioribus vtitur armis:
Nunc gladij pugiles, longo nunc fraxinus ictu
Fulminat, hi propius audent, hic eminus vrget,
Hac non arte citat contum Scytha, gesa Sycamber,
Pila Ligur, iaculum Medus. Persesq; sarissas.
Ense Thoanta, Lamum telo, fude Dorcea fundit,
Ora Thoas plangit, Lamus inguina, pectora Dorceus
Hunc Pylos, hunc Pleuron, illum misêre Celenæ.
Parte furens alia cognatos impiger hostes
Turbabat Telamone satus, septena coruscans
Terga boum. hasta viro quercus iaculabilis vni,
Vnam passa manum: non ferrea suta superbum,
Velauêre latus, siue has bellare proterua
Non tulit ira moras, seu lato pectoris orbe
Se totum latuisse ratus. sic sæuit inermis,
Sic premit armatos: maturat fata cadentum
Terror, & ignauis mors est vidisse furentem.
Hunc Paris intuitus paulùm hæret, an ense sequatur,
An iaculo: tandem Cortinia tela resumens,
Hic quia certa manus, & nunquam surda volenti,
Corython viduat arcu pharetramq; sagittis,
Arcum læua premit, intendit dextera neruum,
Vtraq; suspendit telum, insidensq; sagittæ
Ductor in angustum visus coit. ibat arundo
Hinc pennis pectus tangens, hinc cuspide læuam.
Iamq; emensa fugam lateri insidiata sinistro,
Ipsa morte madet, sed iuncti frigora leti
Ira ardens nescit, donec fuso hoste furentis
Vltrix tempestas animi satiata quiescit.
Sic dextros in vota deos, alternaq; fata
Felices habuêre manus, felicior illa,
Quæ cædis scelerumq; faces, belliq; tyrannur
Abstulit, & mœchos dedit ire in tartara mane
Vade nocens, quò noxa trahit: te sexta me
Tenariæ spelunca domus, si quartus amores
Tractus habet, quintusq; viros. at adultera vit
Funera, & incesto congressos Marte tyrannos
Te plaga sulfureas Titanum amplexa catenas
Demerso clausura sinu, nox vltima, & ima
Poscit humus: tibi Styx odium, Phlegethonq
Cocytus lacrymas, Acheron lamenta propin
Te portu procul ire Charon, & limine cogat
Cerberus: at tandem cùm iam transmissus ab
Occurrant Herebi pestes, mors omnis in vn
Acceleret iurata caput: tibi Tantalus vndas,
Ixion radios, saxum remeabile reddat
Sisyphus, ac Tityus volucres: hæc gaudia su
Dum mare sorbet aquas, imbres dum nuncia
Postquam Helenen trepidas exurens nun
Perculit, ingenti longum suspensa dolore
Vox pariter lacrymæq; hærent: fugitiuaq; fal
Mens, subitam mentita necem, vix rore med
Frigidus in sensum remeat dolor. ilicet ori
Et laceris irata comis, circumspicit enses,
Et causas iam mortis habet, taciteq; volutat
Cuius furetur gladium, quem tela precetur
Ipsa sua moritura manu. sensere furentem
Iliades, nimiumq; ausos lenire dolores
Aggressæ vicibus. dux blandior ipse furenti,
Quòd spretis nunquam Phrygijs optasset A
Finis erat lacrymis, pariterq; exhausta lateb
In noctem progressa dies. at feruidus ira
Tydides, quamuis fractos & in ipsa fugatos,
Mœnia turbat Adis hostes, clausosq; lacessit
Nocturna statione Phryges. non tessera forte
Elicit excubijs vltrò vigilantibus instant
Ignibus, & nullo pulsantur pectora vento.
Vix emensa dies, redit armis impetus, vrb
Inuadunt, tormenta rotant, dat vinea vireis,
Et silices balista vomens, testudo viatrix
Subdola, fossoremq; aries suspensus in ictur
At Phryges instantes prohibent, nunc gr
Nunc ferri nimbo, nunc sparsæ fulmine mass
Nulla tamen pauidis nudo fiducia Marte
Campestres iterare manus, seq; vrbe tuentur
Virgineas donec Priamo peltata bipennes
Penthesilea mouet, hæc integrat arma, cohor
Firmat, bellatrixq; viris dat fœmina vires.
Panduntur portæ, refugosq; in castra Pelasgo
Pellit agens, iugulis gladios, incendia velis
Destinat. excutiens Tydides vnus vtrunq;,
Clarius in nullis expressit Tydea bellis.
Ecce Neoptolemus dena subit hostia pinu
Ægæas permensus aquas. quis prælia fatis
Fortunam miscere neget? dant fata Pelasgis
Pyrrhum, dat Scythicas Phrygijs fortuna cat
Prodierant in bella pares, stetit inde Pelasgûn
In cuneos collecta acies, hinc virgine mixta
Troia frequens, vtrinq; dei. sua quisq; corusca
Numina, Palladiæ pacem mentitur oliuæ
Cecropidum clypeus, gentili Marte minatur
Bistonidum cassis: Mars vndiq;, & vndiq; Iun
Plurima, fraxineo nunc verberat aëra peplo,
Nunc sedet in parmis, capitum nunc surgit in
At Phryx Idea Cybele, Idaliaq; superbit
Cypride, fulminei Tyrias pars alitis alas

animede suo sic ire decorum
, sic dulce viris confligere diuos.
horrificas rapiens post terga secures
:gina chori, non prouida cultus
,non forma iuuat:frons aspera,vestis
nsertumq; armis irascitur aurum.
verba notes, si lumina pendas,
fractum,latet omni fœmina facto.
vltrices accendit in arma cohortes,
asq; suos curru præuectus anhelo
ın ducibus miles,non vltor Atridis,
la gerit. meritosq; offensus in hostes
;,patris vltor habet, sed tanta recusant
:scentes humeri, maioraq; cassis
breuiorq; manus vix colligit hastam.
ycenæum dextra flagrante Menetum
petit dabat hic conuitia cunctis
corde lepus, frendensq; stupebat.
æ & nullis vsæ Pelopeides armis,
udire tubas. at frigore nescit
ınum crudescere vulgus, & axem
ı generare animis gentilibus iram
repitans, Pudeat Mars inclyte, dixit:
:gerit, & nostra effœminat arma
vix apta munus:nunc stabitis hercle
res calathos & pensa puellæ
t,sparguntq; colos:hoc milite Troia,
s.at non patiemur Achiui:
iris timidas calcare puellas,
:ontrà.sic ille,at virgo loquacem
sexum,velox ad prælia, solo
aculo fatum miserabile,lapsum
g t pendent vestigia. præceps
quus,cuspis vetat, atq; ita carptim
acerant certamine corpus.
Adrastum Pyrrhus premit, ille deorum
ali vitam sed reddidit hosti.
:inq; manus,dextrasq; minores
:xempla ducum. quis singula pandat?
:ulos,Libycæ si messis aristas,
cter apes,tot vulnera,tantas
expediam cædes. nunquam antè Machaon,
tantis eguit Podalirius herbis.
ıiles populata manus concurrere binos
ına duces,nec longa morati
. parentq; alacres. audentibus olim
nc turba dabat.nunc largior vsus
ıumerusq; minor. prior improba Pyrrhum
ıremit, Mars hunc,hanc implet Enyo
n tarda suum.Tritonia neutri,
auet,Pyrrhum nec vincere malint.
ın crescit ager, porrectus vterq;
q; ensis, admissos calce fatigant
primas perdit sed fraxinus iras,
mmensa sedet,pars spargitur aruis,
a tenet,mox certior ense propinquo
ri rabies.prima erigit ictum
ıtis obliquo vulnere cristis
escendit ebur, medioq; retentum
nbone moras: dumq; elicit ensem
sum,læuam mucrone papillam
yrrhus.sic imperiosa virago
it.tanta est reuerentia sexus,
:uratogas,sinuosaq; texta
ltum fatis irata fatiscit.
anidum,turbantur Amazones,æger
lis rediit timor:vndique terror
ıetus, discors ignauia pugnat

Præceptura fugam: nulli succurrere lapsis
Fratribus,aut notos mens respexisse vocantes.
Pars iam nacta vrbem,Danao pars præda sequenti
Linquitur:at pauci cùm certa pericula cernant,
In portus redeunt,& fata decora merentur.
Venerat extremi reuoluto stamine pensi
Fatorum promissa dies,decimusq; rotabat
Speratum Titana labor. præsagia mille,
Mille mali micuère minæ, metuenda cometæ
Sanguineis cecinère comis,ac Phœbus vterq;
Nunc duplex,nunc nullus erat:non crebrior vnquam
Ira Iouis, non plura nouis portenta figuris
Visa prius,silicum lacrymis,sudore deorum,
Latrantum gemitu,partuq; in monstra soluto
Venturi iam clara fides. accendit Achiuos
Testorides,panditq; deos.illi vndiq; muris
Insultant,quà terra patet:pars nectere classes
Destinat,& cunctos vrbis tentare recessus.
At Phrygij reditus Ledæos pace pacisci,
Et tandem longis hortantur fœdera bellis.
Suadet idem Antenor,suadet facundior illo
Polydamas,suadet leni mitissimus ore
Dux Anchisiades reges cecidisse queruntur
Et raras superesse manus:nec sola gemiscit
Ilios aut Phrygij fines,ac quicquid Idaspem
Gemmiferum,Scythiciq; interiacet æquoris algas,
Belli damna dolet:nec par fortuna Pelasgis.
Pugnat Achilleides,consultat Nestor,Vlysses
Fallit,& Atridas vltrix exasperat ira.
Haud tulit Amphimachus pacem negat,arma reposcit,
Edicit laxare fores Phrygibusq; triumphum
Destinat aut pulcro victuram funere famam:
Ipse æquaturus fratres,verùm Hectore maior,
Si cedat puer,& pugiles vir surgat in annos.
Quin Priamo licet in senium deiectior ætas,
Algentesq; negent onerari casside cani,
In sene non marcet princeps,in principe vernat
Miles,& imbelles audent certamina rugæ.
At ducis offendunt ausus,coguntq; timere,
Mobilitas suspecta Phrygum. bellum autor agendum
Iusserat Antenor,nunc suadet fœdera:Sparten
Æneas populatum ierat,nunc reddere prædam
Censet & hostilem cupiat meruisse fauorem.
Ergo dolis cessare dolos,& tollere fraudem
Fraude parat,formatq; artes hoc ordine ductor.
Fingere sacra vouet,festæq; ad fœdera mensæ
Inuitare duces, dumq; vnà pocula tractant,
Irruat Amphimachus,armatis acer inermes
Occupet insidijs:sic tuti libera Martis
Copia & hærebit nullis victoria caussis.
Interea questiq; diu bellumq; perosi
In fœdus coière Phryges. iuratur in vsum
Perfidiæ periura fides,Antenore dirum
Parturiente nefas.huius consulta secuti
Vcalegon,atq; Amphimadas,nec iustior ipso
Polydamante Dolon, patriæq; in damna ruentis
Impius,& tantis Æneas consonus ausis.
Nuncius Argolieis prodendas indicat arces
Polydamas, pacemq; in pactum fraudis habendam
Iuratis poscit,tacitumq; in mœnia furto
Poscit iter Danais Nestor timet,hæret Vlysses,
Furta negat Pyrrhus:illos incerta morantur
Pollicita,& falli metuunt:hic vincere certus,
Nocturnis refugit bellis fœdasse triumphum.
Res turbat suspecta duces,Phrygioq; retento
Traditur Inachio legati cura Sinoni.
Promissis(*audenda*)addenda fides petit ille penates
Iliacos,dubiosq; Anchisa teste timores

Soluit, & acceptas iurante Antenore voces.
Ergo finem ducibus testati numina pangunt
Inachidæ, lætiq; iubent, sua, seq;, suosq;,
In nullos nutare metus: dona insuper addunt,
Et firmant promissa datis. nec Pergama tantum,
Innumeras Asiæ spondent cum ciuibus vrbes,
His hilaris Phryx certus abit, quidq; hostis in vrbe
Captet iter, quando veniat, quæ signa mouendi
Militis, & cauto dispensat singula nutu.
Porta latens, tacitosq; dolis furata meatus
Inscriptum Pegasi tollit caput: hac iter Argis,
Huc iussi venêre duces. Sol merserat axem,
Venturis hoc tempus erat: fax igne sereno
Visa viris, hæc signa dabat. sic milite iuncto
Securi dubijq; meant. Phryx indice flamma
Pandit iter, laxatq; fores ô dira nocentum
Consilia, ô cunctis incognita crimina fastis.
Florebant Asiæ fines, florebat opimis
Troia suis, & rege potens, & milite tuta.
Nec superos, nec fata timens. victoria Graium
Mentito Calchante breui cessisset. at hostis
Indigena, & (quo nil grauius) priuata nocendi
Copia Testoriden vatem facit. inuidet ipse,
Ipse vrbem ciuis aperit. non cardo susurrat,
Non clypei, non tela sonant, scit turba silere.
Omnia clàm, clarumq; nihil. prior vrbe potitus
Impatiens sæuire dolis & vincere furto,
Exclamat Pyrrhus. Nunc obuia tela parate,
Ite Phryges contrà. quónam vsq; in somnia torpor?
Nil tuti superest. postes laxamus, & ecce
Irruimus Danai. si quos concurrere mecum
Ira trahit, non egregium damnabitur vmbris
Martis opus, facient ignes spectacula vestri.
Fatur, & incendit rapta face Pergama primus,
Ipse sibi patuisse volens. pars cætera ferro
Certatim, flammaq; furit: populator oberrat
Ignis, & in medios gladij venêre sopores
Nox fera, nox verè, nox noxia, turbiba, tristis,
Insidiosa, ferox, Tragicis vlulanda cothurnis,
Aut Satyra rodenda graui, tu sola triumphas.
Tantorum nisus steriles lucrata dierum.
Si mihi Carpathias linguis æquare figuras
Detur, & innumero crescant mihi pectora Phœbo,
Non tamen expediam cædes, incendia, luctus,
Quos Phrygijs nox vna parit. pars ignibus enses
Pars gladijs vitant ignes, casuq; gemendo
Incurrit fatum, fati fuga: sola timetur,
Quæ prior in sensum mors germinat: vtraq; passis
Funera, fas multis geminos conferre dolores.
Dira mali facies, æuoq; ignota priori.
Hinc somnus vigil, inde odium: nulloq; rebelles
Obiectante manus, ferienti copia dextræ
Delegisse necem, iugulúmne, an pectus, an ora
Occupet, aut cunctos in vulnera computet artus.
At quibus in mensas noctis productior vsus,
Aut verbis vigilata quies, vulgante tumultu
Vrbe frui Danaos, aut visis ignibus, arma
Defensura parant, sed flammis vndiq; septi
Præreptum mirantur iter, frustraq; parantes
Incensos exire lares, asperrima questi
Funera, consumptis pariter moriuntur in armis.
Expediam cædes? & singula fata reuoluam?
Sed tenebris latuêre manus, sed nocte perempti,
Sed premit vmbratam nocturna inscitia Musam.
Fugerat amplexus aras & templa tonantis
Infelix Priamus, nec enim fiducia dextræ:
Cesserat ira metu. magno tamen arduus ore
Non prece, non lacrymis, non vultu supplice regem
Dedecorat. cui Pyrrhus atrox, reddísne Pe
Spartanas, reddísne murus? an prælia mauis
Et nondum bellare times? cur stringis eburn
Dijs inuise deos? læsisti numina sponte,
Cogor in exemplum. cecidit pater hostia Ph
Tuq; Ioui. dixit, indignatusq; iacentis
Cæde frui, trepidum prensis à vertice canis
Erigit in vulnus, gladiumq; in viscera condit
Non longum cunctata manus. leuis ire sub
Vita hebes: ipse tamen membrorum ponde
Permissus cecidisse iuuat, tandemq; dierum
Plenus obit, felix senio, lætusq; iuuenta,
Si stabili fortuna fide, si fixa maneret.
Post zephyros plus lædit hyems, post gaud
Vnde nihil melius quàm nil habuisse secund
Postquam Hecubæ iam certa mali vulgat
Fama, rapit gressus, vt nil cunctata per enses
Audet iter, lacerisq; comis & pectore cæso
It quærens & questa virum. Quísnam, inqui
Lugendos miserè secat artus? reddet? an illi
Prædam auibus, prædamq; feris sparsistis, a
Quærendumq; mihi? cedunt turbata furent
Agmina, dantq; viam. regi illa instrata reper
Heu meus, ingeminat, longo pòst tempore:
Heu iterat repetitq; meus; sic sæpe diuq;
In voces diffusa breues, vix deniq; questus
Continuos nectit, & sic exorsa, profatur.
Quos gemitus, quæ digna fatis lamenta
In lacrymas simulate dolor? non arguo luct
Defecêre genæ, fletuq; exhausta profundo
Lumina caligant, acies hebet, insita dudum
Plagas sed elingues siluêre huc vsq; dolore
O cœlum, ô superi, quibus irritata peperci
Fœmineis nil ausa modis, quo crimine tant
In pœnas damnata malis? si digna necari,
Cur vixi? heu miseris longo nil tristius æuo
Num thalamos, partúsne querar? sæuissima
Infelix peperi potuit ditione serena
Iste frui, mecum Parcæ nupsêre nocentes,
Et pariter stetit ira deum. quin pignore mu
In partus fœcunda fui, fatoq; sinistro
Et coniunx & mater eram: nunc orba creat
Nuda viro, gemino didici contendere plan
Claudendis lassata genis, & funere multo.
At te chare Hector, te tuta superstite dud
Troile Troia fuit: nec enim pars impia no
Fax vteri memorandus erit. sic fatur, & igne
Quos Phaëtonteæ nequeant æquare fauill
Quosq; neget tibi Roma Nero, miratur, & a
Hásne faces peperi? peperíne, & fulmina ce
Hæc vteri fœtura mei, nec soluit hiatum
Terra vorax? peste hac tumui, parcuntq; mi
Deucalionis aquæ? vos ô, quos impia læsi,
Vos potius quibus hæc peperi lamenta, no
Certatim laniate Phryges, sed serior ira:
Tunc tempus, cùm somnus erat. tuq; inclyte
Tu thalami tumuliq; comes, tecum ibo sub
Me miseram deeritne hostis? vbi bella furen
Pyrrhus vbi? date tela viri, date tela, seniles
Sufficient in fata manus. discámne vereri
Argolicas captiua nurus? sic fatur, & omnes
In luctum Danaos pietas extorta resoluit.
Et iam rorificas noctis nudauerat vmbra
Sed nondum detersa dies. vltrò ipse latebat
Phœbus, & euersis, quæ struxit mœnibus, h
Ingemuisse putes. præda omnis in arce Min
Congeritur, noctisq; lucrum: Troiæq; iacen
Metiri iam fata licet, tot ditia spectes

cultus,gemmas, ebur, æra,nec vnquam
umuit victrix fortuna tropæis.
a iusta ducum suffecit copia,vulgo
is tribuens vicit manus, vndiq; lætos
: reditus:tandemq;,sed exule bello,
a redit. dat tempora vates,
ua vela parent, suntq; ocia Graijs
are vago fumantia gressu
s odijs nondum furijsq; peractis,
liat colles,latura cupressum
aurum sacris, & puppibus alnum
umulisq; modus,classisq; nouata
sulcabat iter rotat obuius ecce
,geminasq; hyemes & flamina & imbres
iopina monet augur ituros
catis iterare piacula diuis.
beunt, memoriq; Polyxena Pyrrho
subit:frendit,Phrygiosq; lacessit
thalamis,Hecuba tradente, paternis
ades absconderat ô scelus ingens,
isis infelix præda Pelasgis.
æquas,seruata virgine pœnas
is Æneas pendit, & vsus
dena,quas prædo duxerat alnos
ilij comites habet.vrbe potitur
iiq; decus rex lectus adauget,
ijs in fœdera læta Gabinis.
extorto cupiens euertere sceptro,
ndicat opes,Dircæa pererrat
essis audax bellare Pelasgis
assa noui molimina belli
adriacas exul delabitur vndas.
cyra nouæ, quam struxerat ipse,
iguo regnat contentus agello,
n permissus mœnibus autor.
nens,& nunquam credita Teucris,
assandra petit, comitemq; secutus
n Helenus. sic Ilios vnica damno
vrbes populis & gentibus implet.
ronæi post diruta Pergama reges
ière fretum,spolijsq; superbi
ursus turbante procella.
cuêre vias,quum carcere fracto
ère Noti cœliq; tumultus
elago puppes,aut fluctibus hausit.
orum classis,dum turbine fertur,
oiecta perit:quin fulmine quassa
ctus Aiax, ratis ipse profundis
equio frustra libratur in vndis.
ctores audit remeare Pelasgos
des,titulos Palamede perempto
isse dolens, liuore maligno
licas ad bella nefanda puellas
celeris causas molitur iniqui,
Heu miseræ quid sacra(inquit) quid vota tot annis
Deplorata iuuant,seruataq; iura maritis
Et nunquam temerata fides? redière, sed ecce,
Fama nurus Phrygias simul aduentare,premetq;
Barbara seruitio thalamos captiua priores.
Immò agè, Lemniadum memores audete Pelasgæ
Par factum caussis paribus.trepidatis inertes:
Imperat indignis pellex regina puellis.
Vix hæc,& subitos vulgauit fama tumultus
Argolicos venisse duces. ô rara deorum
In finem producta fides.sis tempore longo
Faustus,sis quouis maior, quid stulte superbis?
Vltima felices ætas facit. en habet Argos
Nil bellis quæstus,nil æquora passus Atrides:
Victorem iugulum coniunx secat audet adulter
Insidijs mactare ducem. tristisq; reuerso
Egiale Diomede suo,non oscula, risus,
Blanditias,sed bella mouet,similesq; tumultus
Molidæ Argolides aliç, vel fraude maritos
Excipiunt, vel marte negant venientibus vrbes.
Ergo vbi Graiugenæ pulsi ciuilibus armis
Cessère exilijs , & deuenêre Corinthum,
Singula collatis vltum conuitia bellis
Ire parant prohibet Nestor, pacemq; suorum
Consultu potiore petit:prece flectere ciues,
Non armis tentare monet,ne publica damna
Et regno pariat lis intestina ruinam.
Sic damnis bellum nullis ciuile soporat
Maiestas dignata preces,& Marte sepulto
Fœmineas non passa tubas pietasq; fidesq;
In dominos antiqua redit, sua cuilibet vltro
Regna patent, patriamq; Samon delatus Vlysses
Syrenum modulos,Siculum mare,Monycha passus
Hospitia,Antiphatis mensas,& pocula Circes,
Dulichios tandem fines tenet,inq; pudicas
Penelopes post multa redit connubia tedas.
At fati præsaga quies horrendaq; visa,
Telegoni gladios cognataq; tela minantur.
Sic Circes despector obit,sic victima nati:
Sed senio validus, Asiæ sed victor opimæ
Postquam Tyndaridem patrias remeasse Mycenas
Claruit, occurrit densis Europa cateruis
Plistiniam mirata nurum, flagrantq; videre
Euersorem Asiæ vultum.quin ipsa superbit
Accendisse duces,lacerasse in prælia mundum,
Infamem famæ titulum lucrata pudendæ.
Hactenus Iliacæ questus lamenta ruinæ
Confusa explicui veteris compendia veri.
Viue liber, liberq; vige: sed si qua nocebunt,
Disce libens liuore nihil sublimius esse.
Cùm tibi mordaces obliquent læua cachinnos
Murmura,cùm cupiant linguis lacerare prophanis,
Sis vtinam inuidia dignus , quæ summa lacessit,
Quam pascit præsens, extremaq; terminat ætas.

FINIS.

INDEX IN ILIADA
NOVVS.

A

R chilli

FINIS.

...RVM ET VERBORVM IN COMMENTA-RIOS HOMERI MEMORABILIVM INDEX.

ἀγρε

S 4 Olym-

T

FINIS.

HOMERI
ODYSSEA

Iusto IOANNIS SPONDANI Mauleonensis COMMENTARIO illustrata,

& PRAEFATIONE exornata.

ITEM

BATRACHOMYOMACHIA, HYMNI, & POEMATIA aliquot, quæ Homero adscribuntur.

PRÆFATIO JOANNIS SPONDANI IN ODYSSEAM CVM ILLIVS ARGVMENTO.

ALCIDAMAS grauis Philosophus Odysseam vitę speculum pulcerrimū appellauit, quod dictum miror ab Aristotele (si tamē Aristotelis sunt illi libri) Rhet. l. 3. inter frigida numerari. Iudiciū potiùs in Aristotele, aut quisquis est eorū autor, summoperè desidero, & elegantiam illius apophthegmatis suspici & laudari volo. Primùm enim verè dictum est, deinde translatio illa speculi non ita est remota, vt facilè tolerari non possit. In Vlysse enim Homerus virum nobis depingit, qualem eum esse oportet, qui prudenter transigere vitam exoptat. Hoc enim innuunt illa epitheta, ποικιλόμητις, πολύτροπος, κερδαλεόφρων, & cætera huiusmodi. Neque enim vafritiem illam in eo fingit, qua alijs iniustè noceat, sed qua sibi tantùm prosit, vt varij ...tariorum nostrorum loci indicabunt. Non est necessarium sigillatim eius facta recensere, quæ ex huius ...is lectione facilè innotescent. Breuiter tantùm totam historiam perstringemus, vt Plutarchus fecit in Ilia... ...sto ergo totius operis Synopsis. Integram narrationem Homerus Poeticè ab ipso quasi fine est auspicatus, ...o exponemus. Diuersabatur Vlysses apud Calypso, vnde consilio Deorum in patriam dimitti à Dea iube... ...ario nuntiante (interea Telemachus ad Nestorem & Menelaum, vt aliquid de patre expiscaretur, profi... Dimittitur, dum nauigat à Neptuno obseruatur, qui tēpestate immissa naufragium eum facere coëgit: ex... ...idem à Leucothea, à qua arrepto natandi adminiculo, ad Phæacum terram peruenit Ibi nudus per noctem delituit Postera die Nausicaa Alcinoi Phæacum Regis filia, Mineruaita negotium disponente, ad flumen ...bi Vlysses ab ea excipitur, in vrbemq; deducitur. Ibi Alcinous hospitio eum excipit, tum in conuiuio er... ...orum ordine narrationem persequitur, inde omni genere humanitatis ab Alcinoo alijsque proceribus co... ...s, comites & nauem ad reditum in Ithacā accipit, vbi somno sopitus deponitur. Excitatus, à Minerua quid ...s sit monetur: tuguriolum subulci peruenit, & ignotus apud eum diuersatus est, se Vlyssem esse dissimu... ...reà redit Telemachus, & subulcum accedens, post sermones vltrò citroque habitos, Telemachus subul... ...rbem ad Penelopem, vt eam de suo reditu commonefaceret, ablegat. Eo profectò prodit se Telemacho V... interimendis procis consilium capiunt, & illud postmodum feliciter exequuntur. Interemptis procis fit ...n ab Ithacensibus tumultus, manu coacta in eum, qui iam in agro apud Laërtem patrem, ad quem clàm e... ...lam cædem profectus, versabatur, irruunt, pugna commissa paucos Ithacenses desiderant, bellum tandem ...nine potissimùm dirimitur, suoque regno, pacto cum ciuibus fœdere, Vlysses Mineruæ beneficio restitui... est paucis argumentum totius Odysseæ, ad cuius lectionem satius est accedere, quàm nimis longa ora... ...ores remorari, quandoquidem abundè Iliadis Prolegomena ea, quæ ad Homerum pertinent, indicant. ...eò breuiores esse volumus, quò ibi prolixiores fuimus. Quædam tantùm de Homero παραλειπόμενα certis in primis Prolegomenis obmissa, hîc referemus. Primum qualis fuerit Homerus, docet eius statua, quam Cedrenus. Locum integrum autem describemus, vt melius cohæreat oratio, ex Xylandri versione. Tunc ...num (sup Constantinopoli) incendio est absumptum: & balneum Seueri quod Zeuxippi nomen gessit, ...ium inerat spectaculum, artiumque splendor, quippe ibi fuerunt omnis ætatis opera ex marmore, saxis, ..., & æreæ imagines: quibus hoc vnum deerat, quod animæ non inerant eorum, quos eæ referebant. Inter illa & ingenium superantia opera stabat & HOMERVS, qualis fuerat, cogitabundus, manibus consertis in... ..., barba sine cultu demissa: capilli capitis æquales, rari ab vtraque sincipitis parte, facies præ senio hirsuta ...e vniuerso, nasus ad reliquas partes proportione æquali: oculi palpebris affixi, ita vt cæci formam præ se ...alem eum fuisse fama fert. Supra tunicam palliolo erat amictus, & ad basin infra pedes eius lorum quod... ...m erat subiectum. Hæc est statua Homerica, quæ etiam in illo incendio perijt Lucianus in Encomijs De... ...s meminit statuæ Homericæ, quæ erat in templo Ptolemæi ad dextram collocata, prolixa coma insignis. præterea alibi idem Cedrenus fuisse Constantinopoli in Basilica bibliothecam librorum M. C. XX. con... ...: inter quos fuerit etiam Draconis intestinum pedes centum & viginti longum, cui Homeri Poëmata Ilias ...aureis literis inscripta: quod miraculum absumpsit incendium, creato Imperatore Basilisco. Manasses hoc ...fecisse memorat in Annalibus, ac solius intestini Draconis meminit non etiam literarum aurearum. ...autem antiquus scriptor Homerus, testatur Iosephus lib I. contra Appionem his verbis: Constat autem, ...d Græcos nulla inuenitur conscriptio, poëmate Homeri vetustior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse ...m est. Quod autem subijcit: Et aiunt neque hunc literis suum Poëma reliquisse, sed cantibus memoria ...m, posteà fuisse compositum, & proptereà multam in eo comperiri dissonantiam. hoc, inquam, arguit pa... ...enter in Homero versatum Iosephum. Nam quæ est rogo illa dissonantia in Homero? Mihi sanè hactenus ...bseruata, quod sciam. Quanti hunc Poëtam fecerit Plato, ex locis sequentibus constabit. In Phædone ap... ...θεῖον ποιητὴν, diuinum Poëtam In Ione ἄριστον καὶ θειότατον τῶν ποιητῶν, Poëtarum omnium & præstantissimum & ...ium, de quo multa in eodem Dialogo In Theæteto adductis Poëtarum quorundam locis & tandem Ho... ...quos exercitum: Homerum verò Imperatorem appellat, τίς ἂν αὖ ἔτι, inquit, πρός γε τοσοῦτον στρατόπεδον καὶ στρατηγὸν ... ἀμφισβητήσας μὴ οὐ καταγέλαστος γένοιτο. Decimo lib. de Repub. Socrates fatetur Homerum esse ποιητικώτατον ...τραγῳδοποιῶν. Scio tamen in libris de Repub damnari Homerum à Socrate, quòd multa habeat in sua Poë... ...onuenientia, sed ei facilè responderi potest, quod patrocinium suscepit Maximus Tyrius, & Dion Prusæ... ...uatuor, vt testatur Suidas, qui nobis perierunt. Tamen non eum indecorè è sua Repub. eijcit, sed honestè ...acificè lana coronatum, perfusumq; vnguento dimittit ad alios, vt hinc constet quanti eum fecerit in mul... in plerisque damnaret. Quin & Homeri discipulum esse Socratem manifestè docet Dionys. orat. 56.

Sed & ipſe Plato honorificè ſemper eius meminit & carmina Homerica ſuis ſcriptis tanquam preci
diſſeminat Ælianus Var.hiſt.lib.2 teſtatur eum primùm omnium ad artem Poëticam animum adiecisſ
carmina cœpiſſe condere: Poſteà verò combuſsiſſe, cùm ad Homeri verſus examinans longè deterio
ret. Ariſtoteles etiam paſſim Poëtam iſtum prædicat. Quid quod apud Barbaros etiam non ſolùm non
poëmata Homeri innotuerunt? Indi, ait Ælianus Var.hiſt lib.12.cap 48. Vernacula lingua deſcripta
mata cantare ſolent, neque ij tantùm, ſed etiam Perſarum Reges. De Indis idem teſtatur Pruſæus O
Ælianus Var.lib 9.cap.15. Argiui, inquit, poëticæ totius primam Homero palmam tribuebát, ab eo rel
ſecundos ponebant: & ſi quando rem diuinam facerent ad hoſpitij conſuetudinem, inuitabant Apo
merum. Lucianus in Demoſthenis Encomio docet, ſolitum celebrari à Poëtis Homeri natalem, & illi
ſuum offerri. Hoc enim ſe facere reſpondet ibi Luciano Therſagoras. Idem Lucianus multa de Homer
inferos viderit, narrat: vt Babylonium fuiſſe, & à ciuibus ſuis Tigranem appellatum. Iliadem priorem
cum non eſſe, &c. Sed eorum ſuſpectam fidem ipſe Lucianus primo lib. Ver.hiſt.fecit. Eum autem verè
Ioue Tragœdo nominat. Alexander Paphius (inquit Euſtathius) tradit, Homerum Ægyptijs parent
gora patre & Æthra matre natum, nutricem habuiſſe Prophetin quandam, filiam Ori ſacerdotis Iſi
mamillis mel aliquando in os infantis manauerit: vnde is noctu voces nouem diuerſas ediderit, hiru
nis, columbæ, cornicis, perdicis, porphyrionis, ſturni, luſciniæ, & merulæ: & puerum inuentum eſſe
lumbis colludentem in lecto, & aliquando Sibyllam in conuiuio apud parentes pueri inſania captam
diſſe, cuius initium Δμασαγόρα πολυνίκε: in quo Dmaſagoram etiam μεγακλεῆ & στεφανίτην appellârit, &
uem Pegridarum, hoc eſt, Muſarum, condere iuſſerit. Hoc illum feciſſe, & puero iam adulto rem om
Itaque Poëtam in honorem auium, quibus cum infans colluſiſſet, finxiſſe eas ipſas Ioui ambroſiam ad
cus eſt Odyſſ. 12. Homeri elogium luculentiſſimum exhibet Strabo initio Geograph. Id rectè, inquit
terp. rectè & à nobis, & à maioribus noſtris, quos intereſt etiã Hipparchus, exiſtimatum fuiſſe, primu
peritiæ autorem eſſe Homerum, qui non modò poëtica virtute omnes & priores & poſteriores ſupe
etiam vitæ ciuilis experientia, qua is adiutus non in hoc modò operam dedit, vt actiones plurimas co
que ad poſteritatem tranſmitteret, ſed & in locorum, cùm quæ ſingularum ſunt regionum, tum totius
colitur, terrarum orbis mariſq; explorationem ac deſcriptionem idem impendit induſtriæ: abſque
ſet, nunquam ille in Orbem rediens commemorando terræ ſitu, ad extremos vſq; eius fines pertigiſſ
dus eſt de Homero: etiam Philoſtratus in Achillis imagine & in Proteſilao. Iſocrates in encomi
tam venuſtatem Homerico poëmati acceſſiſſe dicit, quia illi in ſomnis Helena apparuerit. Eum ad Æ
ctum ſcribit Diodorus lib.1. multaq; ab eorum ſacerdotibus percepiſſe. Eius præceptorem idem lib.
nopidem virum ingenio Muſicaq; egregium. Alij vocant Ariſteam, quorum tamen opinio non eſt ve
cet Lilius Poët.hiſt.lib.2. Alij etiam magiſtrum ei dant Creophilum, quem tamẽ alij dicunt eius gene
amicum, Apuleius hoſpitem, & canendi æmulatorem. Herodotus Phemium appellat Homeri magiſ
ros Smyrnæ publicè literas doceret. Sed de his plus ſatis. Antequam autem Odyſſeam Homericam
bet hîc Goropianos loculos recentes excutere. Is in Hiſpanicis contendit, Vlyſſem hunc Homericu
fabuloſum, ad quem Poëta veteres illas Elyſæ Moſaici narrationes retulerit. Eſt autem Elyſa filius Ia
gi vult Becanus, Ionis, à quo Ionia) nepos Iapeti. Geneſ.10. à quo & Tarſi fratre conditam Hiſpaniam
rimè contendit Goropius. Eum ergo celeberrimum Heroëm inducit, de quo cùm ſeculis voluentibu
pagaretur, Homerus ex eo ſuum Vlyſſem finxit. Sed præſtat eum ipſum videre in Hiſpanicis, cuiu
quis exuto affectu maleuolo inſpiciat, fortaſſe veram, aut ſaltem non omnino abſurdam iu
bit. Nos ad Vlyſſem Homericum animos conuertamus, quem tam ſplen-
didè Muſa Homerica concelebrat.

...ΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ...ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ὀδυσσείας.

...ΕΩΝ ἀγορὰ γίνεται περὶ τοῦ τὸν Ὀδυσσέα εἰς Ἰθάκην πεμφθῆναι ἀπὸ τῆς Καλυψοῦς νήσου· μεθ' ἣν ἡ Ἀθηνᾶ εἰς Ἰθάκην παραγίνεται πρὸς Τηλέμαχον, ὁμοιωθεῖσα Μέντῃ βασιλεῖ Ταφίων. γενομένης δὲ ὁμιλίας, παραι...ἐσοῦσα ἡ Ἀθηνᾶ Τηλεμάχῳ παραγίνεσθαι διὰ τὴν τοῦ ... εἰς Πύλον μὲν πρὸς Νέστορα, εἰς Σπάρτην δὲ πρὸς Μενέ... ...ἐμφασιν δοῦσα ὡς θεὸς εἴη. καὶ τῶν μνηστήρων γίνεται συνουσία.

Ἄλλη.

...α, θεῶν ἀγορὴ, Ὀδυσσηΐδι Παλλάδι θάρσος.

ἌΝΔΡΑ[a] μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη,[b] ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
[c]Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, [d]καὶ νόον ἔγνω.
...ν ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα [e]ὃν κατὰ θυμὸν,
...ήν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων·
...ς ἑτάρους ἐῤῥύσατο ἱέμενός περ.
...τέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο,
...βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο
...ὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ.
...γε θεὰ θύγατερ Διὸς [f]εἰπὲ καὶ ἡμῖν.
...ι μὲν πάντες ὅσοι φύγον αἰπὺν ὄλεθρον,
...όλεμόν τε πεφευγότες ἠδὲ θάλασσαν.
...ον οὖ κεχρημένον ἠδὲ γυναικὸς
...ι ἔρυκε Καλυψὼ δῖα θεάων
...λαφυροῖσι, λιλαιομένη πόσιν εἶναι·
...ἔτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
...ῶ οἱ ἐπεκλώσαντο θεοὶ οἶκόνδε νέεσθαι
...οὐδ' ἔνθα πεφυγμένος [h]ἦεν ἀέθλων,
...φίλοισι. θεοὶ δ' ἐλέαιρον ἅπαντες,
...σειδάωνος· ὁ δ' ἀσπερχὲς μενέαινεν
...δυσῆϊ, πάρος ἣν γαῖαν ἱκέσθαι.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI *Odyssea.*

DEORVM consilium fit de Vlysse in Ithacam mittẽdo à Calypsus insula. Post quod Pallas in Ithacam proficiscitur ad Telemachum, similis facta Mentę regi Taphiorum. Facto autẽ colloquio Pallas adhortata Telemachum, vt proficisceretur ad patris inquisitionẽ: ad Pylum quidẽ, ad Nestorem: in Spartã verò ad Menelaum, euanuit, indicio dato quòd dea esset. & procorum fit conuiuium.

Aliud.

In primo lib. est deorum concio, Vlysseæ Palladi confidentia.

VIRVM dic mihi Musa versutum,
qui valdè multum
Errauit, postquam Troiæ sacrum
oppidum diripuit:
Multorum aũt hominũ vidit vrbes, & mentem nouit. (mo
Plurimos verò ille in mari passꝰ est dolores suo in ani-
Magna cura seruãs suamq́; animã & reditũ sociorũ:
Sed neq; sic eripuit socios tametsi cupidus.
Suis enim ipsorum nequitijs perierunt
Stulti, qui boues supergradientis Solis
Comederunt: ast is his abstulit reditus diem.
Horum partem aliquam dea filia Iouis dic & nobis.
Iam alij quidẽ omnes quotquot effugerãt sæuã mortẽ
Domi erant, belloq́; elapsi & mari,
Hunc solum reditus indigentem atq; vxoris
Nympha veneranda detinebat Calypso diua dearũ
In specub. cauis, illũ inprimis cupiens sibi maritũ esse.
Sed quando tempus venit circummeantibus annis,
Quo ei destinârunt dij domum redire
In Ithacam, neq; tum expers erat certaminum,
Etiã inter suos amicos: dij verò miserebãtur omnes,
Præter Neptunum: ille indesinenter irascebatur
Diuino Vlyßi antequam suam in terram veniret.

COMMENTARIVS.

...ἔννεπε] Eodem modo Odysseam exorditur Poëta, ac Iliadem. Tamen notanda est vocum diuersitas, qua vtrũq; initiũ ...t sigillatim obseruauit Eustathius. Quod enim in Iliade dictum est ἄειδε, hic ἔννεπε dicitur. Deinde cùm paulò obscu...uocasset vnde dubitatum fuit, quid per θεὰν intelligeret: hic quasi quæstionem soluens, μοῦσαν se interpretari videtur ...pecialior est appellatio quàm illa latiùs patens & pluribus accommodata. Quæ tamen ex nouẽ Musis apud Home...tionibus sit intelligenda, in ipso Iliadis principio à nobis explicatum est, vt hic eadem rursus nõ sint inculcãda. Por...is libri vestibulo pro more suo exponit Poëta, quid imposterum scripturus sit, vt eo pacto in narrationis fluctus pro...r non nesciat, quod sidus nauigationis sibi sequendum sit. Itaq; hanc Cynosuram Homerus ostendit, animos legẽ...ionem polliciens, & studio tantæ rei intelligendæ, quam se persequuturum pollicetur, inuitans. Quod etiam præstã..., maximè Poëticis, docet Aristoteles tertio Rhetor ad Theod. cap. 14 cuius verba in Iliadis exordio adduximus. Sed ...est adhibenda nam si res patet aut exigua sit, non est vtendum exordio, inquit ille: proinde constat, necessariò vatem ...tionem incognitam & grauem hoc initio præmunijsse. Itaq; nos ad eam audiendam & intelligendam, quam stu...erit, accingamur: & siquid ea luminis desideret, illud ei impertiamur, vt hoc altero beneficio manes Homericos no...us Ait ergo Poëta scripturum se errores, quos post dirutam Troiam per decennium integrum Vlysses subiuerit, cum ...lo & sociorum suorum iactura: cuius causam perstringit, nouem versibus tam immensum scribendi argumentum ...nplexus. Animaduertendum est autem, in hoc exordio reticuisse Poëtam proprium Vlyssis nomen, secus atq; in Ilia... Achillis nomẽ inseruit. Hic autẽ videtur ἐμφατικώτερον locutus, cùm Vlyssem solo epitheto πολυτρόπου indicauit: quod ...lligi, vt nullus prætereà designari per illud posset, quàm solus Vlysses, cui illud propriè conuenit. Post viginti autem ...illius proprium extulit, ne suspensos lectores diutiùs remoraretur.

...] Euersæ Troiæ gloriam & laudem Vlyssi tribuere solet Homerus, atq; idcirco eum sæpe appellat πτολίπορθον. Quod ...possit. Nam quid igitur præstitit Achilles, sine quo Troiam capi non posse etiam diuino oraculo exauditum est? ...tissimus, quid Diomedes, quid Idomeneus, quid reliqui, quorum in expugnanda Troiã diligentiam & operam ...r Ilias testatur & comprobat? Sed quid Nestor ille cum Agamemnone? quorum huic totius exercitus principi, ...ta gloriã iure deberi videbatur, quod maximè militis gesta in ducem referri vsitata loquendi formula soleant: ille ...a & consilio suo plus in ea præstitisse credi possit, vel ipsius Agamemnonis testimonio suffragante, vt in Iliade vidi...em Nestores tantùm ad Troianum excidiũ sibi exoptat. Sed vt natura nihil frustra, sic neq; Homerus. Nam, vt ex fa...commemoratione constat, ille omnia præstitit, quæ ad Troiæ expugnationem facere videbantur. Ille Achillem ad ...xit: ille sagittas Herculis à Philoctete exoratas ad Troiam tulit: ille cinerem Laomedontis, qui super Scæa porta Ilij ...m sustulit, Palladiumq́; vnà cum Diomede ex Troia, cæsis custodibus, rapuit: ille explorator cum eodem Diomede

missus Rhesum Thraciæ regem occidit, equosq; eius abduxit, antequàm Xanthū fluuium degustassent. Hæc, inquā, or exequutus est, quæ in Troianorum erant fatis, sine quibus Troia non poterat expugnari. Sed & ille præterea discedent Græcos repressit, vt in Iliade vidimus: ille deniq; equum Troianum in arcem deduxit, vt ipse de se infrà lib. 8. prædicat te ipso Demodoco. Proinde satis patet, quàm meritò πτολιπόρθου titulo Vlysses insigniatur.

c πολλῶν δ' ἀνθρώπων] Prudentissimi heroës apud veteres sunt existimati, q in longinquas regiones peregrinati fuiss Strab. lib. 1. Itaq; idcirco prudentissimum Vlyssem fuisse indicat Homerus, quòd multorum prouidus vrbes & mores spexit, vt est interpretatus Flaccus. Hinc est quod cum πολύτροπον idem Homerus appellet, quasi ex diuersorum morū ne ad maiorem prudentiam animus noster informetur. Vnde adeò celebrantur Hercules (qui idcirco, vt censet Strab. l ἐπιστωρ ἔργων dictus est inf. Ody. φ.) Dionysius & reliqui apud antiquos ob varias & lōginquas peregrinationes. Sunt t ci, qui eas magnoperè non probent, quasi per eas nulla fieri possit probitatis accessio (vt vulgari etiam Gallorum iacl bio) tum quòd sæpè externos induamus ritus, & eos patrijs anteferamus, quod Scythæ Anacharsidi contigit. Proinde bat Aelianus, vt scribit Philostratus, quòd fines Italię nunquam esset egressus, nauem nunquā inscendisset, neq. nouiss re in magna dicitur fuisse authoritate, veluti patrij moris studiosè obseruans. Nos verò aliud sentimus, & non med dentiam comparandam auxilium variarum gentium mores cognitos arbitramur. Neque enim aut nobis ipsis aut p tantum est tribuendum, vt nusquam præterea scientiæ, eruditioni ac prudentiæ vllus locus relinquatur: immò ab e bus optimi Rerumpublicarum moderatores in patriam suam elegantes mores ac leges inuexerunt, vt Lycurgus, Solo Romani, vt docent satis historiæ. Ingenium tamen peregrinantis sanum & integrum desidero, quia vbique tam viti tes patent: vt has amplecti, illa verò respuere possit. Et hoc ad probitatem spectat. Cæterùm vt in vno solo omnia fi ra non pullulant, quantumuis pingui & culto: sic vnica patria omnium rerum sufficientem notitiam suppeditare no proinde nobis est aliunde comparāda Et hoc ipsum agnouit noster vates, vt de eo testatur Herodotus in ipsius vita facilè persuasum fuisse illum à Mente, vt cum eo proficisceretur, quòd sibi conueniens arbitraretur etiam adhuc iuue λίας θεήσασθαι. Alioqui solet etiam diuturna proprij soli habitatio αὐθάδειαν nescio quam in animis hominum generai solis placent, alios contemnant: quorum si vsi fuissent consuetudine, aliter sentiant. Vtvt sit, Homeri grauissimi scrip tate constat, quàm sit vtilis longinqua peregrinatio: quę, si Menandro credimus, βίον τίθησι σωφρονέστερον. Quanquam n sumus rectè dici peregrinari, si Socratem dicentem audimus, se neq; Atheniensem neque Græcum, sed mundanum e tarch lib. de exilio probat qua de re nos in sequentibus nonnulla insuper dicemus.

d κ. νόον ἔγνω] Addit hæc postrema nō frustrà, quia solēt plerìq; non solùm corpore, sed animis etiā in exteris terr vt cùm apud se nunquam sint, ne in eo etiam loco, vbi sunt, commorentur. Itaq; licet vrbes & gentes alienas videai aspectu aciem oculorum pascunt: cæterùm mores, consuetudines & ingenia populorum nō intuentur ac inspiciūt, catores, qui latentes gazas per transennam strictim obseruant prætereuntes. Aliter ergo se gessit Vlysses, qui non so etiam mores ac ingenia hominum multorum nouit, vnde factus dicitur longè prudentior.

e ὃν κατὰ θυμόν,] Hic locus aliter vulgò interpungitur, quàm à Didymo, q iubet post ἄλγεα distinguere, vt ὃν κατὰ θυμὸν a feratur hoc sensu: τὰ ἐφ' ἑαυτῷ ἐπιτείνων καὶ σώζων ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἑταίρους. id est, sui curam habens seipsumq; & socios cons καταλλακτικὸς ὀρθῶς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ τὴν εἰς τὸν οἶκον τιμωρίαν, ὑπὲρ τῶν ἑταίρων, vt in Lexico nostro olim exponetur. Hic a uertendum est, Vlyssis non solùm in se ipso, sed etiam in amicis cōseruandis studium: σκέπω μὲν, inquit Eustathius, ὅτι λόγιμον ἐν τοῖς καιροῖς ἀπολαύει ἄνθρωπος· τὸ δ' δεύτερον ὅτι οὐ προδότα ἐν κινδύνοις τοὺς φίλους ὁ σοφός. Illud, quòd vir circum lens seipsum amat & tuetur in angustis rebus: hoc, quòd viri est sapientis, amicos in periculis non deserere. Quod p teris etiam imitandum proponitur, qui parem laudem atque Vlysses consectari voluerint. Neque enim satis est, si te lo eripias, derelictis ijs quos in securitate socios habuisti, quasi tunc extingui debeāt illi amicitiæ igniculi, qui paul præfulgebant. Id verò potissimùm à ducibus exerceri par est, qui non solùm pacatæ, sed etiam conturbatæ & peric mites suos habent. Quod autem sequitur de socijs Vlyssis, quos suis nequitijs perijsse dicit Poëta, suo loco explicabi illud verò specialiter, quod eorum exitium propriæ ipsorum improbitati tribuit, mox in sequenti Iouis oratione en

f εἰπὲ καὶ ἡμῖν,] Illud καὶ vel otiosum est, inquit Eustath. vt non ita rarò fieri solet: vel ratione futuri dicitur, quasi par idem opus post Homerum aggressuros: vel forsan ratione præteriti, siquis ex historia intelligat Homerum huius na mentum ex Aegyptijs desumpsisse. quasi dicat, ὡς ἑτέροις φθάσασα εἶπας, εἰπὲ καὶ ἡμῖν: vt alijs anteà dixisti, dic etiam nol

g ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες] In scribenda Odyssea aliter se gessisse Poëtam, quàm in Iliade, ingenuè fatendum est: videlic rationis hic fecisse ab ipso penè fine, cùm ab ipso discessu ex Troia naturali ordine incipiendū esse videretur. Itaq; dum, quod alij de Iliade dicebant, me non probante, vt in illius initio demonstraui. Integra tamen narratio ab ipso texetur ab ipso Vlysse infrà lib. 9. Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν Ἰσμάρῳ, ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ'

h ἦεν ἀέθλων] Auget labores Vlysses, quòd ij perpetui fuerint, etiā cùm inter amicos suos versaretur, quasi hoc ma hostibus infinita pati. Quos autem amicos intelligat, mihi satis nō liquet, nisi de Calypso loquatur, à qua inuitus d spe oblati matrimonij, quod ille tamen patriæ suæ postponebat: vnde perpetuò illi cum Calypso, quæ se amicam al bat, perpetuum fuerit certamen. At verò Eusthatius certandum illi fuisse cum fortuna dicit, his verbis: πρὸς τίνα δ' ἄ θλον ὁ Ὀδυσσεύς; ἢ πάντως πρὸς τὴν ἀντικειμένην αὐτῷ τύχην. id est, Cum quónam aduersario fuit Vlyssi certandum? A oppòsita illi fortuna?

i νόσφι Ποσειδάωνος] Solus Neptunus ex Dijs Vlyssi infensus dicitur, nimirum propter excæcatum ab Vlysse Poly ni filium, vt paulò pòst dicetur à Ioue. Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ, Κύκλωπος κεχόλωται ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, Φημον, &c. Itaq; Vlysses infelici vsus est semper nauigatione, quia propitium maris Deum non habuerit.

---

a Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,	*Sed ille quidem Aethiopas accesserat long*
(b Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,	*(Aethiopas q bifariā diuisi sunt, vltimi*
Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος)	*Alij quidem occidentalis Solis, alij verò*
c Ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.	*Communicans taurorumq́, et agnorum h*
Ἔνθ' ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι	*Ille delectabatur conuiuio assidens: cæter*
Ζηνὸς ἐνὶ μεγάροισιν Ὀλυμπίου ἀθρόοι ἦσαν.	*Iouis in regia Olympij congregati erant.*
Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.	*His aūt sermones cœpit pater hominumq́*
Μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Αἰγίσθοιο,	*Recordabatur enim in animo inculpati A*
Τόν ῥ' Ἀγαμεμνονίδης τηλεκλυτὸς ἔκταν' Ὀρέστης·	*Quem Agamemnonides inclytus occidit*
Τοῦ ὅγ' ἐπιμνησθεὶς, ἔπε' ἀθανάτοισι μετηύδα,	*Huius ille memor his verbis immortales a*
Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.	*Papè vt scilicet deos mortales culpant.*
d Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ	*Ex nobis enim inquiunt mala esse, qui ve*
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν e ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.	*Suis stultitijs præter fatum angores patia*
f Ὡς καὶ νῦν Αἴγισθος ὑπὲρ μόρον, Ἀτρείδαο	*Quemadmodū & nūc Aegisthus præter f*
g Γῆμ' ἄλοχον μνηστὴν, τὸν δ' ἔκτανε νοστήσαντα,	*Duxit vxorem sponsam, ipsum verò occidi*
Εἰδὼς αἰπὺν ὄλεθρον. ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν ἡμεῖς,	*Veritus grauē mortem, quoniam illi prædi*

πὶ ψαντες ἐΰσκοπον Ἀργειφόντην,
ὴ κτείνειν, μήτε μνάασθαι ἄκοιτιν.
έσ ο τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο,
ἡβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης.
Ἑρμείας. ἀλλ' οὐ φρένας Αἰγίσθοιο
φρονέων. νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀπέτισε.
ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
τερ Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
ὡς ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ·
καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.
Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ
δὴ δηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχει,
ῥιρύτῃ ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης,
ρήεσσα, θεὰ δ' ἐν δώμασι ναίει
γάτηρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης
οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι·
στηνον ὀδυρόμενον κατερύκει·
οῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι
θάκης ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
ν ἱμείρεται. οὐδέ νυ σοί περ
ον ἦτορ Ὀλύμπιε. οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺς
νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων
ῃ; τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο Ζεῦ;
ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα
ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;
Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;
νόον ἐστὶ βροτῶν, πέρι δ' ἱερὰ θεοῖσιν
δῶκε τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν;
άων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰὲν
κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν,
φημον, οὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον
σσι· Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη,
άτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος,
σφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα.
Ποσειδάων ἐνοσίχθων
νει, πλάζει δ' ἀπὸ πατρίδος αἴης.
ἡμεῖς οἵδε περιφραζώμεθα πάντες
θῃσι, Ποσειδάων δὲ μεθήσει
οὐ γάρ τι δυνήσεται ἀντία πάντων
κητι θεῶν ἐριδαινέμεν οἶος.
ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
τερ, Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
τοῦτο φίλον μακάρεσσι θεοῖσι,
σα δαΐφρονα ὅνδε δόμονδε,
πειτα διάκτορον Ἀργειφόντην
ὀτρύνομεν, ὄφρα τάχιστα
κάμῳ εἴπῃ νημερτέα βουλὴν,
ταλασίφρονος, ὥς κε νέηται·
Ἰθάκην ἐσελεύσομαι, ὄφρα οἱ υἱὸν
ὦ, καί οἱ μένος ἐν φρεσὶ θείω,
καλέσαντα καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς,
ἀπειπέμεν, οἵ τέ οἱ αἰεὶ
σφάζουσι, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς.
Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,
πατρὸς φίλου, ἤν που ἀκούσῃ,
κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχῃσιν.

Mercurio misso speculatore Argicida:
Neq; ipsum occide, nec duc uxorem.
Ex Oreste enim erit ultio Atridæ,
Postquam pubuerit, & suam desiderabit ditionem.
Sic ait & Mercurius: sed non mentem Aegisthi
Persuasit bona consulens: nunc simul omnia luit.
Huic respondit posteà dea cæsia Pallas,
O pater noster Saturnie summe regum,
Et valdè ille quidem merita perijt morte:
Sic pereat & alius, quicunq; talia fecerit.
Verùm mihi pro Vlysse bellicoso cruciatur cor
Infelice, qui sanè diu ab amicis calamitates patitur
Insula in circumflua, ubi umbilicus est maris,
Insula sylvosa: dea verò intra domum habitat
Atlantis filia multiscij, qui q; maris
Omnes profunditates novit: sustinet aūt colūnas ipse
Longas, quæ terramq; & cœlum amplectuntur:
Eius filia infortunatum lugentem detinet.
Semper enim mollibus & dulcibus sermonibus
Demulcet, ut Ithaces obliviscatur: cæterùm Vlysses
Cupiens vel fumum exilientem videre
Suæ terræ, mori desiderat. at non tibi tandem
Convertitur charum cor, Olympie. nonne Vlysses
Græcorum apud naves gratificabatur sacrificando
Troia in lata? quid illi tantum irasceris, ô Iupiter?
Huic respondens allocutus est nubium congregator Iupiter,
Mea filia, qualis sermo excidit septum dentium?
Quomodo unq; ego Vlyßis divini obliviscerer? (Dijs
Qui lōgè superat prudētia homines, plurima. u. sacra
Immortalibus persolvit, qui cœlum latum inhabitāt?
Sed Neptunus terram continens aßiduò semper
Ob Cyclopem irascitur, quem oculo privavit
Divinum Polyphemum, cuius robur est maximum
Inter omnes Cyclopas: Thoosa autē eum peperit nympha
Phorcynis filia maris indomiti regis
In specubus cavis Neptuno mixta.
Ex eo tempore Vlyssem Neptunus terræ quassator
Neutiquā occîdit errabundū, arcet. a. à patria terra.
Sed agite nos, ipsi verò dispiciamus omnes
Reditū, quo pacto cōtingat. Neptunus autem deponat
Suam irā: neq; enim quicquā poterit contra oēs unus
Immortales invitis Dijs contendere.
Huic respondit deinde dea cæsia Minerva,
O pater noster Saturnie, supreme regnantium,
Siquidem nunc hoc gratum beatis dijs,
Redire Vlyssem prudentem ad suam domum.
Mercurium tum internuncium Argicidam
Insulam in Ogygiam celeriter mittam, ut celerrimè
Nymphæ pulchricomæ edicat firmam voluntatem,
Reditum Vlyßis prudentis, uti redeat.
Porrò ego in Ithacam proficiscar, ut ei filium
Magis excitem, & ipsi robur in mente ponam,
In concionem vocando comatos Græcos,
Omnibus procis interdicere, qui eius semper
Pecora pīguia mactāt, et flexipēdes sinuosis cornib. boues.
Mittam autem in Sparten & in Pylum arenosam
Reditum sciscitaturum patris sui, sicubi audiret,
Atq; ut cum gloria insignis inter homines habeat.

a ἀλλ' ὁ μὲ αἰθίοπας] Hoc de Neptuno est intelligendum, qui ad Aethiopas profectus dicitur propter festum forta[sse ce]lebratum, aut honores diuinos illi alioqui habitos. Vnde constat piam fuisse gentem illam Aethiopum, cultusq; di[ui]nam, cùm ijs delectata etiam Numina videamus. Idem visum est in Iliade, cùm Iupiter ad eosdem populos comm[eat:] vide quid nos annotauimus.

b αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται,] Aethiopũ Homerus duo facit genera: alios in Oriente, alios in Occidente colloca[t, quod] his verbis comprobatur lib. 5. cap. 8. Interiori autem, inquit, ambitu Africæ ad meridiem versus, superq; Getulos i[n] desertis, primi omnium Libyægyptij, deinde Leucæthiopes habitant. Super eos Aethiopum gentes Nigritæ, à quo [no]mine: Gymnetes, Pharusi, & iam Oceanum attingentes, quos in Mauritaniæ fine diximus, Perorsi. Ab his omnibus [vastæ solitudi]nes Orientem versus, vsq; Garamãtes, Augylasq;, & Troglodytas: verissima opinione eorum, qui desertis Africæ d[uas Aethiopias] superponunt, & ante omnes Homeri, qui bipertitos tradit Aethiopas ad Orientem Occasumq; versos. *Hæc ille.* Pto[lemæus] duplicem Aethiopiam esse dicit: vnam quæ sub Aegypto est, alteram interiorem appellat. De prima cap. 7. de secur[da] ta.o.4 Africæ. Sed expresse & copiosissimè omnium Strab. lib. 1. Geogr. hanc ipsam diuisionem Homericam enarra[t, ra]tibus defendit, maximè contra Grammaticos Aristarchum & Cratetem. Quæ omnia breuitatis causa apud Strabo[nem stu]diosis relinquimus. Nam duplex pagina illis describendis vix sufficeret.

c ἀντιόων] Athenæus li. 8 circa finem obseruat ex hoc Homeri loco & alijs, solitos Deos ab antiquis inter conuiua [inuocari;] cùm virorum impetum ad voluptates cognouissent, neq; homines ab his abstinere posse intelligerent, vtile verò, [...] ducens his arbitrarentur, si compositè ornateq; assuescerent: tempus quoddam certum determinarunt, deisq; prius ipsos ad relaxationem animi dimittebant, vt Deos omnes ad primitiarum oblationes accedere existimantes, & ad [ve]recundia quadam ac timore conuenirent. Et paulò pòst: Cùm igitur Deos præsentes esse arbitrarentur, festiuitates [tem]peranter præteribant, &c.

d ἐξ ἡμέων γάρ φασι] Elegans est hic locus, & nõ Ethnico, sed Christiano homine planè dignus. Agnoscit enim Po[eta lo]quentis persona, malorum quæ hominibus contingunt, causam non esse in Deum, sed in ipsas hominum nequitias referendam. Quod qualiter sit intelligendum, optimè exposuit Maximus Tyrius Orat. 25. Qua de re à nobis quoq[ue] al[i]cubi in Iliade dictum est. Sed quia hic locus expressus est ad eam rem, lubet aliqua ratione eum illustrare, quia res [per]plexa, & etiam hodierno tempore in dubium à multis reuocata. Primùm nõ est cẽsendum, quicquã siue boni siue [mali] inuito Deo contingere. Iam verò cùm ille boni sit amantissimus, malum autem odio ineffabili prosequatur: mir[um] sciente & permittente malum ab homine perpetretur. Quod ad veteres attinet, scio eos existimasse actiones in ho[minum po]testate, quasi hoc illi à Deo separatum munus obtinuerent. Et hoc innuit Tyrius, cùm dicit, animam corpori huma[no im]positam à Deo, aurigæq; fungentem officio, cum αὐτεξουσίας tamen facultate, hoc est, vt aurigandi arte etiam abuti p[ossit. Post]quam inscenderit currum, & habenas acceperit, siquidem fœlix beataq; sit anima, memineritq; se iussu Dei sublata[m, so]lideq; aurigationem regere debere, nimirum habenas moderatur, regitq; currum, & equorum temeritatem conti[net, di]uersum appetunt cursum, temereq; huc atq; illuc rapiunt currum: hic ad petulantiam, ingluuiem ac contumeliam, tem atq; ferociam: alius verò tarditatem, mollitiem, seruitutem, fatuitatem, atq; humilitatem sectatur, cuiusmodi [dis]tractus currus, aurigam conturbat, & si equorum vnius impotens vis cæteros vincat, fertur currus pro libidine eq[ui, &] fit vt victrice interdum petulantia, vnà currus & auriga ad contumelias, cõuicia, impuritates atq; alias nefarias, m[...] voluptates: interdum verò dominante iracundia, in multas variasque calamitates, vterq; feratur in præceps. *Hæc il[le. Vniuersam i]teram sententiæ hac de re comprehenduntur. Et sanè fatendum est, propria & libera ac innata voluntate homines [peccare,] quod ita Deus constituit ad maiorem sui Nominis gloriam: quia splendidiùs eo pacto clementia illius erga nos e[lucet, quum] miseretur. Libera voluntate homines peccare dixi, quia pars illa integri illius arbitrij quod primùm homini infitu[m fuit,] restat. Et hoc sentiunt Ecclesiastici nostri Doctores. D. Augustinus contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonif. [...] Quis, autem, inquit, nostrum dicat, quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? [Libertas quidem] perijt per peccatum: sed illa quæ in Paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter quod hu[mana nat]ura indiget gratia dicente Domino (Ioan. 8.) Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis: vtiq; liberi ad benè iusteq[ue viuendum.] liberum arbitrium vsq; adeò in peccatore non perijt, vt per illud peccent maximè omnes, qui cum d[e]lectatione p[eccant et] peccati hoc eis placet, quod eis libet, &c. Itaq; nihil est quòd Deum accusemus, cùm peccamus. Si nos ipsi peccat[...] li, hoc est, sine Deo nam alioqui à Diabolo est omnis mali auxilium. Sed ista θεολογικώτερα sunt, & tamen hic fuerur[...] tiam hodierno die cum eiusmodi fanaticis hominibus nobis est negotium, quibus lib. 19. Iliadis circa initium res[pondimus] ex ipsorum Ethnicorum authoritate: quibus tanta luxu veritatis non defuit, quod iam in Homero, sub Iouis person[a ...] mus. sed & ipse αὐτοπρόσωπως anteà dixerat de socijs Vlyssis. αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο νήπιοι, &c. Iam v[er]eò pertinent, vt doceamus, malorum, id est, peccatorum causam Deum non esse, & ad ea Iouis verba referenda sun[t ...] λίγοσιν: quibus hoc etiam à Dijs videtur remouere velle, ne ipsi τῆ ἀτασθαλιῶν humanarũ authores existimentur. Cæ[terum præ]cipuè agit Iupiter, vt calamitatum causam in ipsam hominum improbitatem referat. Nam hoc loco κακὰ, calami[tates inter]ri decet. Sensus loci est: Dicit Iupiter, falsò nos Dij ab hominibus accusamur, quasi nos illis iniustè & immeritò dar[e calamita]tes creemus, cùm tamen eas ob flagitia & scelera, quæ perpetrant, optimè sint promeriti. Sed cùm Deus sine om[nium autor] sit pœnæ mali, mirum est quòd ita Iupiter authores calamitatum, quæ hominibus contingunt, Deos esse neget. In [...] to, proprium esse Deitatis, bona & felicitatem largiri, itaque malis hominum eam non gaudere: proinde non ei c[ausam ...] tum tribuendam, quæ à nostris ipsis vitijs promanant. nam ista illæ vt corpus vmbra sequuntur. Quod autem De[um pœ]næ mali dixi, orthodoxè dixi cum Augustino lib. 1. de Lib. arb. c. 1. Si Deum, inquit, bonum esse nosti, vel credis (n[on enim fas est aliter,] malum non facit. Rursus, si Deum iustum fatemur (nam & hoc negare sacrilegum est) vt bonis præmia, ita suppl[icia malis tribuit,] quæ vtiq; supplicia, patientibus mala sunt. Quamobrem si nemo iniustè pœnas luit, quod necesse est credamus, q[uandoquidem di]uina prouidentia hoc vniuersum regi credimus: illius primi generis malorum nullo modo, huius autem secundi [...] *Hæc ille.* Aliud autem videtur velle Iupiter, qui calamitatum causam ipsis vitijs hominum attribuit, vt homines n[on Deos] accusent ob mala quæ patiuntur, cùm potius proprias eos nequitias incusare oporteat: quod & nos piè dictum e[ssi ... ve]rò quæ nos mala dicimus, ea ita sunt nostri habita ratione: Dei verò respectu, supplicia sunt bona & iusta, vt dicit [...] mò ad salutem vniuersi, vt ait Maximus Tyrius. Enimuerò, inquit, vt vertit Cosmus Paccius, quæ apud nos opini[one ...] corruptionisq; habent, pro quibus etiam anginur, ea profectò ipse artifex ad salutem vult esse vniuersi. Nam cùm [...] intendat, partes nimirum ipsas oportet pro vniuersi salute laborare. Premuntur fame Athenienses, terræ motu la[borant Lacedæ]monij, inundatur Thessalia, vritur Aetna. Et quãdo vnquam Iupiter aut immortalitatẽ Atheniensibus spopondit [...] rit fames, Alcibiades tamen classem in Siciliam perditum eat) aut Lacedæmonijs immobilem terram, aut Thess[alis non in]undatam, aut Siculis incendij compressionem? cum sequentibus, quæ breuitatis causa relinquo: vbi dicit se hæc fa[...] quòd futurarum rerum successionem ob eam esse coniectetur. Sed hæc aliquantulum παρέργα, quia non expresse [...] cata loquitur, sed generaliùs de partibus vniuersi quibusdam labefactatis: quæ affic[iuntur ...] materiæ, non culpa ips[...] mala nostra, sunt respectu Dei solùm supplicia. quod meliùs intelligi potest, si hæc humana contemplemur. cùm [...] capite plectit, iustè facit, qui scelera puniat: & tamen supplicium illud reo malum est, sic de tormentis & alijs pun[...] ribus dicendum est. Quanquam autem Iudex ea reis infligat, quis tamen eum illorum causam præferat: ac non p[...] promeruerint? Porrò de hoc ipso loco consule Chrysippum apud Gellium Noct. Attic. lib. 6. c. 2. & Cicer. l. de Fa[to, &] Aug. lib. 5. de ciuit. Dei, cap. 8. & sequentibus, vbi de fato copiosa est disputatio.

e ὑπὲρ μόρον] Cur præter fatum homines malis plecti dicit Iupiter? An est quippiam in rebus mortalibus, quod [præter fa]to, cur etiam ipsos Deos alibi Poeta subijcit, eueniat? Sciendum est, diuersis modis vsurpari hanc locutionem, v[t alibi sæpius no]tis monuimus. Hic intelligimus, dicere Poetam ea præter fatum hominibus contingere, quæ violenta sunt, & pra[eter ...] nem, quo videtur securus vitæ status vsq; ad legitimi temporis viuendi spatium spondeη sine vlla malorum aut ca[lamitatum tem]pestate.

ἄμ[ύμονος]] Siquis orationem istam, quam Ioui affingit Poëta, cõsideret, mirari eum subibit, cur à proposito suo dimo[uens ser]mone de Vlysse animus illi sit scribendi, Aegisthum aduocet. Ego verò respondeo, hoc eleganter à Poëta sic institutum, vt [de h]ominibus conquerentem Iouem etiam cum indignatione audiret Pallas, occasionem arriperet de Vlysse sermonẽ fa[ciendi, ill]lius commiseratione patrem permoueret. Giphanius verò: Dicendum fortasse, inquit, Iouis orationem à Minerua ni[mio su]i Vlyssis studio interruptam esse, eaq; re factum vt exemplum Aegisthi non sit Vlyssi accommodatum: vt igitur Aga[memn]on vxor Clytæmnestra longa mariti mora, Aegistho tamen nupsit, qua ex re multæ calamitates euenerint: ita & de Pene[lope me]tuendum, ne longa Vlyssis mora tandem flectatur, & procis nubat, qua ex re similes calamitates sequantur.

[μήτ' αὐτὸν κτείνειν μ]ήτ' ἀ[κοίτην] μνᾶσθαι] Historia Aegisthi tertio libro à Nestore exponitur. Nunc verò notandum est, quod Iupiter dicit, monitũ à [se Aeg]isthum per Mercurium, ne vel vxorem Agamemnonis duceret, vel eum interficeret, quia illi periculum idcirco ab Ore[ste imminere]bat. Vnde constat, existimasse illos veteres hominibus actiones esse liberas tam bonas quam malas, adeò vt cùm obla[tam bo]nam non amplectantur, propria eorum culpa id contingat, quasi in eorum fuerit potestate & per se illud amplecti value[re. Cu]m malis conflictantur, nihil est, quæ Iouis est sententia, quòd nos Deos accusent, cùm ipsi illa sibi soli creent. An non e[tiam] à flagitijs abstinere, cùm à nobis moneantur vt abstineant? Agnoscite, mortales, quanta sit vestra imbecillitas ad pro[bitatem, qua]nta contrà ad vitium procliuitas, vt vestris viribus diffisi in Deo solo nitamini, monentemq; attentè audiatis: non quòd [volunt]atas sit boni vlla, sed quia sine vobis in vobis gratia Dei ad bonum operari non potest, sine qua neque vos quicquam [pot]estis, quod virtutem & probitatem sapiat. Cùm ergo vos Deus ad vitam rectam exhortatur & à praua deterret, ne [Aegisth]i exemplum insequamini, sed Mercurium, hoc est, diuinam vocem placidis excipite auribus, alioqui culpa tota vestra [est, qui v]ita refractarios Numini exhibetis.

[ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ / δυσμόρῳ,] ... ἀνόστιμα] Exorditur orationẽ suã Minerua, ἀπὸ καιροῦ, & ex re nata. Hoc enim est quod anteà dicebam, ex illa Iouis oue[rela ar]ripere occasionem Mineruam de Vlysse verba faciendi, quod cõmodè & opportunè præstat. Nam cùm dixerit Iupiter Ae[gisthum su]ia culpa perijsse, quòd anteà à Mercurio monitus esset, ne scelera illa nefaria perpetraret: opponit nunc ei Vlyssem. Mi[rum enim, in]quit, nimirum Aegisthus mortẽ suam meruerit, qui tam flagitiosus & perditus esset, Vlysses verò pius & religiosus [quid ita q]ue causa tot laboribus exerceatur, antequam in patriam suã peruenire possit. Itaq; si Aegisthus tam grauem [poenam] meruit, cõtrà Vlyssem mereri, vt ei ob pietatem & integritatem gratia à Dijs habeatur, maximè à Ioue, ad quem dirigitur o[ratio, vt ta]ndem aliquando Ithacæ suæ restituatur, à qua tam longo tempore diuellitur, vnius Calypsus blanditijs: quibus tamen [Vly]sses permoueri possit, quo minus animum semper in patriam retorqueat, cuius desiderio tantoperè tenetur, vt solo I[thacæ] viso lubenter mortem illicò sit oppetiturus.

[Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρ]ονος αὐτὸς] De Atlante satis Natalis Comes lib. 4. Myth. cap 7. & nos alibi dicemus. Hic fingitur à Poëta vir scientissi[mus, qui] etiam cum maris profundos gurgites nosse dicat: quod immensæ scientiæ argumentum est, cùm res adeò latentes & [abditæ ho]minum peruiæ illi pateant. Quod autem etiam cœli & terræ columnas sustinere dicit, planè fabulosum est, & proinde [in]telligendum. Itaq; vel ob illius hominis scientiam id cõfictum est, quemadmodum de Aegyptio Atlante scribit Tzet[zes] Chiliad quem ait dictum fuisse cœlum humeris sustinere, quia rerum cœlestium & astronomicarum primus inuentor [apud A]egyptios: quod posteà Græci ad hunc Libycum Atlantem transtulerunt. Vel intelligendũ est id ei tributum propter [M]auritaniæ ei cognominem, qui quòd cœlum penè vertice feriat, creditus est ab incolis cœlũ sustinere. Atlas aũt in Mau[ritania f]uit, de quo idem dixit Oceanus apud Aeschylum in Prometheo, quod hic Homerus. Sic ille:

> ὅς γ' ἐπίσης τ' ... κασιγνήτου τύχαι / ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
> Τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους / ὤμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.

[Co]piosiùs aliàs dicendi erit locus. Notanda est autem Poëtæ nostri diligentia, qui res insignes, si quæ minima occasio se [of]ferat, non præterit, vt hic de Atlante, cùm alioqui narratio hoc non postularet.

[ἧς γαίης ἀπ]ὸ [καπ]νὸν] Habemus hoc à natura, vt in eum locum propensiores simus, cui ortum nostrum acceptum referimus. Itaque [si l]ongè ab eo distemus, tamen mentis oculos semper eò reflectimus: neque potest eò redeũdi desiderium in nobis deleri, ne[que pe]r multos annos, quibus solet rerum aliqua induci obliuio. Res admiratione planè digna, si tã vulgaris & vsitata [non est, qua]ndoquidem anteà Socratem non magis vni loco, quàm toti mundo sese alligasse, vnde se mundanum esse prædicabat: [q]uod tamen rara est, aut sapientissimi omnino viri, & eius præcipuè, cui patria ingrata sit, vt fuit ipsi Socrati. Deinde illud eò [pertinet vt ag]noscat homo liberum se esse, cuius habitationi totus Orbis terrarum pateat, vnde ipsi vbiq; futurum est bene si vo[let. Quod i]n eorum gratiam potissimum dici solet, qui patrio solo expulsi exteras regiones incolunt, vt se eo pacto consolen[tur. T]amen in singulis radices illi amoris, quo natale solum prosequimur. Quod in Vlysse docet Poëta. Nam ille oblatam e[tiam immort]alitatem pro patriæ reditu repudiauit, vt infrà lib. 5. videbimus. Quod egregiè Aristoteles Oecon. lib 2 cap 3. expli[cat. Hæc e]nen illi sunt Aristotelis. Sanè multùm debemus solo, quod nos primùm tulit nascentes, vnde manant arctissima illa [vincula, qu]is patria nos sibi deuincit, adeò vt nostra propria commoda publicis anteferre iubeamur, quod Socrates apud Plato[nem in Crito]ne disputat. Vnde Hierocles apud Stobæum, ἐστὶ γὰρ, inquit, ὡσανεί δεύτερός τις θεὸς αὕτη (πατρίς) ... πρῶτος καὶ μείζων γο[νεύς] ... ὁ δὲ οὔνομα τῷ πράγματι ... σὺν ἀσφαλείᾳ ... [illegible] ... ὅταν ... μίγμα τῶν πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς ... [illegible]. &c. Id est, Est enim [patria t]anquam, velut alter quidam Deus, & primus maximusq; parens. Quare qui nomen ei imposuit à re ipsa non temerè na[ctus esse v]idetur, vocabulo quidẽ à patre deducto, pronunciato tamen fœminina terminatione, vt ex vtroq; parente mixtũ esset. [Vt it]o insinuat patriam vnam ex æquo duobus parentibus colendam esse. *Hæc ille.* Iam verò siquis parentum adeò obli[uisci, vt ab i]llis abesse possit, non credas eum naturam humanam cum bruta commutasse? Idem ergo de ijs dicendum esset, qui [pa]tri de reditu ad illam non sunt solliciti: si modò talia monstra tellus alit, quæ pluris alienum solum faciunt, quàm [suum. T]amen Zaleucus in Proœmio legum (quod extat in fragmentis Politicis Pythagoreorum, quæ nos nuper conuer[timus et ed]idimus) vetat his verbis: πόλιν δὲ φιλαπατρίζειν μηδεὶς ἄλλην ποιείσθω τῆς αὐτοῦ πατρίδος, ὡς θεῶν παλαιῶν νεμεσώντων. ἀρχὴ [γὰρ] ... τοῖς τοιούτοις βουλομένοις. ἐστὶ δὲ χαλεπώτερον τῆς οἰκείας γῆς στερόμενον, ζῆν ἐπ' ἀλλοτρίας. οὐδὲν γὰρ ἐστιν οἰκειότερον πατρίδος. Itaq; [prude]ntissimum Vlyssem idcirco appellauit Tullius 2. de Legib. vide infrà lib 9 circa ipsum principium.

[οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺς / Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων] Credidit antiquitas, sacrificijs suis homines Deos sibi deuincire, vnde, modò ritè illa fierent, gratiã & remune[rationem s]ibi non poterant non expectare, quam sibi debitam arbitrabantur. Itaq; Minerua Vlyssis sacrificia, quæ apud Tro[iam fecit, i]d commemorat, vt eorum recordatione eò magis ad eius commiserationem Iupiter permoueatur. Quæ ex eo pen[debat, quod pr]obos & pios per se esse posse homines censebant, vnde Dijs suas placere actiones. Nos verò qui meliore viuimus se[culo, ea Deo] grata arbitramur non ex nobis, sed ex ipsius Numinis clementia.

[τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόν]των] Respondet Palladi Iupiter, in ipsoq; initio leuiter illius temeritatem in loquendo castigat, quasi immeritò obliuio[nis & negligentiæ Vly]ssem ab ipsa accusetur, sed & plus dixerat Minerua, nimirum Iouem iratum esse Vlyssi, quod (vt credo) pariter sequen[tibus verbis sign]ificat ... &c. Eleganter autem ἕρκος ὀδόντων appellauit Poëta, quasi innuat naturam loquacitatem [dentibus ob]struxisse. Quod Eustathius noster rectè enarrat: αἰνίττεται δὲ, inquit, ὁ ποιητὴς ὡς ἡ φύσις ... [illegible] ... ἔρκος τῶν ὀδόντων ... τῶν χειλέων ... ἵνα μὴ ... τοὺς λόγους ... id est, Innuit Poëta, naturam, ne sermones veloces alioqui facilè ac temerè ex ore pro[silirent, d]uplici septo eorum exitum obturasse, septo nimirum dentium & labiorum, ac murum muro quasi superædificasse, [quo vari]os sermones inclusisse. Gellius li. 1. cùm obseruasset linguam debere non esse liberã nec vagã, sed vinculis de pectore [ac c]orde apertis moueri, & quasi gubernari: vnde Vlysses vir sapienti facundia præditus, vocem mittere ab Homero di[citur no]n ore, sed ex pectore: quo scilicet non ad sonum magis habitumq; vocis, quàm ad sententiarum penitus cõceptarũ alti[tudinem p]ertineret: subijcit hoc etiam quòd petulantiæ verborum coercendæ vallum esse oppositum dentium luculentè Homerus [dixerit, vt lo]quendi temeritas non cordis tantùm custodia atque vigilia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubijs in ore posi[tis. Ac T]heognis etiam dentes & labra portas appellat. Sic enim ait:

> πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται / ἁρμόδιαι, καί σφιν πόλλ' ἀμέλητα μέλει.

[Mu]ltis hominibus linguæ portæ non adiacent Congruæ, & ipsis multa non curanda curæ sunt.

[ὃς περὶ μὲν νό]ον] A duplici virtute Vlyssem commendat, Prudentia & Pietate: illa homines spectat, hæc verò Deos. Quæ duo vera [sunt h]ominis ornamenta. Primam autem Iupiter addidit, cùm secundæ tantùm Minerua meminisset, vt doceat ille quanti Vlys-

 sem

ſem æſtimet:tantùm abeſt vt illius potuerit obliuiſci,aut illi ſuccenſere.

o ἀλλὰ Ποσειδάων] Iouem aliquando Homerus tanquam ſummum Deorum, & potentiſſimũ proponit, ſine quo cæ deant vel poſſint aggredi vt ſatis in Iliade vidimus. Aliquando verò æquales cæteros ei facit, & ſeorſim exequentes voluerint,vt hoc loco Neptunum: qui ſolus, præter Iouem & reliquam Deorum turbam , Vlyſſem tot laboribus ma Cauſam autem ſtatim exponit,cur adeò Vlyſſi infenſus ſit Neptunus,nimirum ob excæcatum ab Vlyſſe Cyclopem P eius filium.Vnde conſtat,ab ipſis extremis exorſum eſſe hanc narrationem Poëtam. Illa autem hiſtoria de excæcato infrà lib.10.videbitur.

p οὔ τι κατακτείνει,] Qui mortem ſupplicium omnium grauiſſimum exiſtimant,allucinari mihi videntur,vt ex hoc ipſo Nam Neptunus excæcationem filij vlciſcens Vlyſſem morte non plectit,ſed vitam ei acerbam & moleſtam facit tot e tationibus.Et hoc eſt quod obſeruat Iupiter,nimirum Neptuni crudelitatem,cũ mitius vna morte poſſet Vlyſſem de re. Quod cùm non fecerit, ſine dubio exiſtimãdum non eſt voluiſſe Neptunum hoc pacto clementiùs cum Vlyſſe age gis eſt in medio calamitatum viuere,& longè grauius quàm ſemel mori.Hinc ille apud Plautum in Rudente:

Neq; eſt melius morte in malis rebus miſeris. Et Euripid. ταχὺς γὰρ ᾅδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ.

Itaq; in medio malorum plures mortem exoptant Sed & Tiberius(vt eſt apud Suetoniũ) mori volentibus, vim adhil di dicitur.Nam mortem adeò leue ſupplicium putabat,vt quum audiſſet vnum ex reis Carnulium nomine anticipaſſ mauerit:Carnulius me euaſit.Et in recognoſcendis cuſtodijs precanti cuidam pœnæ maturitatem,reſpondit: Nondu gratiam red j.Hinc Lycus apud Senecam in Hercul.fur.ait, *Qui morte cunctos luere ſupplicium iubet*

Neſcit tyrannus eſſe,diuerſa irroga: Miſerum vetat perire.felicem iube.

Et ea fuit olim Cæſaris in Senatu ſentẽtia:De pœna,inquit ille apud Salluſtium,poſſum equidem dicere id quod res ctu atque miſerijs,mortem ærumnarum requiem,non cruciatum eſſe,eam cuncta mortalium mala diſſoluere, vltrà n que gaudio locum eſſe,&c. Quibus Cato quidem acutè reſpondit, hoc ideò dici fortè à Cæſare,quòd pœnas infero Sed nos de præſentibus ſupplicijs loquimur,quæ in hac vita tolerari poſſunt:Catoni autem,ſi Chriſtianus eſſet, reſpc ſceleratis etiam pœnitentibus viam ad cœlos pro Dei miſericordia patére. Sed hìc de ſimplici vindicta quæſtio eſt, qua grauiorem exiſtimauit,ſi Vlyſſem ita miſerè vndique exagitaret,quàm ſi vno impetu de medio viuorum ſuſtuliſſet.

q ἀλλ' ἄγεθ',] Aduertenda eſt iſta Iouis oratio,qua ſe non ſuperiorem reliquis Dijs,ſed quaſi eorum ſociũ præbet,cù conſilium de Vlyſſe liberando:niſi hic Poëta exemplum ſummi illius Dei proponat, qui nihil inconſultè aggrediatur tationem præcedentem in verbis, ἀλλὰ Ποσειδάων.

r ὦ πάτερ ἡμέτερε,] Cùm Iupiter conſilium de Vlyſſe liberando rogaſſet omnes Deos,Mineruа, quaſi omnium pruc thicè & allegoricè has partes in ſe recepit,neque re longiùs diſtracta(mora enim in huiuſmodi rebus periculoſiſſim: duo proponit.Primùm ſuadet,vt Mercurius ad Calypſo proficiſcatur, firmam Deorum voluntatem de Vlyſſis redit turus,ne videlicet ab ea inuitis Dijs coërceatur.Deinde ipſa ſuam operam hac in re offert, nimirum ituram ſe ad Tele animos addat,tum ad prohibendam & coërcendam Procorum inſanam luxuriam & libidinem,tum ad iter ſuſcipie & Sparten verſus,vt aliquid de patre ſuo à Neſtore & Menelao ſciſcitetur.Sed notanda eſt hyſterologia, nam hæc po fient:niſi intelligamus illa ſimul fieri,quæ tamen Homerus inuerſo narret ordine: quia æquius eſt præceſſiſſe illam peram,poſt tam longam patris abſentiam.

s ἠδ' ἵνα μιν κλέος] Ambigua videtur oratio.nam illud μιν non facile dictu eſt,quò referatur,an ad Vlyſſem,an ad T Si ad Vlyſſem referatur,ſenſus erit:Sicubi Telemachus audiat,Vb. gentium famâ ſit Vlyſſes.ſi ad Telemachum,intell hac diligentia & officio Telemachum laudem & famam ſibi eſſe comparaturum.

---

[a] Ὣς εἰποῦσ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο·
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
Βριθὺ, μέγα, στιβαρόν, τῷ δάμνησι στίχας ἀνδρῶν
Ἡρώων, τοῖσίν τε κοτέσσεται ὀβριμοπάτρη·
Βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων [b] ἀΐξασα·
Στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ, ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος,
Οὐδοῦ ἐπ' αὐλείου· παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος,
[c] Εἰδομένη ξείνῳ Ταφίων ἡγήτορι Μέντῃ.
Εὗρε δ' ἄρα μνηστῆρας ἀγήνορας· οἱ μὲν ἔπειτα
[d] Πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον,
Ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι βοῶν [e] οὓς ἔκτανον αὐτοί.
Κήρυκες δ' αὐτοῖσι καὶ ὀτρηροὶ θεράποντες,
Οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι [f] καὶ ὕδωρ,
Οἱ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
Νίζον, καὶ πρότιθεν, τοὶ δὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο.
Τὴν δὲ πολὺ πρῶτος ἴδε Τηλέμαχος θεοειδής·
Ἧστο γὰρ ἐν μνηστῆρσι φίλον [g] τετιημένος ἦτορ,
Ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσίν, εἴ ποθεν ἐλθὼν
Μνηστήρων τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θείη,
Τιμὴν δ' αὐτὸς ἔχοι, καὶ κτήμασιν οἷσιν ἀνάσσοι.
Τὰ φρονέων, μνηστῆρσι μεθήμενος, [h] εἴσιδ' Ἀθήνην·
Βῆ δ' ἰθὺς προθύροιο, νεμεσσήθη δ' ἐνὶ θυμῷ
Ξεῖνον δηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν. ἐγγύθι δὲ στὰς
[i] Χεῖρ' ἕλε δεξιτερήν, καὶ ἐδέξατο χάλκεον ἔγχος·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Χαῖρε ξεῖνε· παρ' ἄμμι φιλήσεαι, αὐτὰρ ἔπειτα
Δείπνου πασσάμενος μυθήσεαι ὅττεό σε χρή.
Ὣς εἰπὼν ἡγεῖθ', ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη·

Sic fata pedibus ſubligauit pulchra tal
Immortalia,aurea,quæ ipſam ferebant ſu
Et ſuper rotundam terram ſimul cum flat
Accipit autem fortẽ haſtam,acuminatam
Grauem,magnã,validã,qua domat acies
Heroum,quib.vtiq; iraſcitur forti patre n.
Deſcẽdit.a.ab Olympi verticib. impetu ru
Stabat autem Ithacæ in populo ad veſtib
Limine in aulæ,in manu aũt gerebat ferr
Similis hoſpiti Taphiorum duci Mentæ.
Inuenit autem procos ſuperbos, qui quide
Calculis ante ianuam animum oblectaba
Sedentes in pellibus boum quos occideran
Præcones autem ipſis & ſeduli famuli,
Alij quidem vinum miſcebãt in crateribu
Alij quidem ſpongijs foraminoſis menſas
Abſtergebãt & pponebant,& carnes mul
Hanc verò longè primus vidit Telemach'
Sedebat enim inter procos ſuo mærens cor
Repræſentãs patrẽ probũ in mente ſi alicu
Procorum quidem diſperſionem per cædes
Honorẽ autem ipſe haberet , & bonis ſuis
Hæc cogitans,procis aſſidens vidit Pallade
Ibat autem rectà foras: indignabatur au
Hoſpitam diu ad ianuam ſtare : propè aut
Manum prehendit dextrã,& ſuſcepit ferr
Et ipſam alloquutus verba alata dicebat,
Salue hoſpes,à nobis amicè tractaberis,c
Cœna fartus loquere quæcunq; opus ſit.
Sic fatus præibat,atq; ſequebatur Pallas

...ἡ ῥ' ἔντοσθεν ἔσαν δόμου ὑψηλοῖο,
...ὸν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,
...ς ἔντοσθεν ἐΰξόου, ἔνθα περ ἄλλα
...υσσῆος ταλασίφρονος ἵστατο πολλά·
...ὶς θρόνον εἷσεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πετάσσας
... δάλεον, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
...ὸς κλισμὸν θέτο ποικίλον, ἔκτοθεν ἄλλων
..., ἡ ξεῖνος ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδῷ,
...ίσειεν, ὑπερφιάλοισι μετελθών,
... περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο.
... ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
...είῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
... δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
...δοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
...λ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
... κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας.
..., παρὰ δέ σφι τίθει χρύσεια κύπελλα.
... ἐπῴχετο οἰνοχοεύων.
... μνηστῆρες ἀγήνορες· οἱ μὲν ἔπειτα
... κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε·
...ρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν,
...δμωαὶ παρενήνεον ἐν * κανέοισιν,
...' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
... κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.
... πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο
...σιν μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλει,
...ρχηστύς τε (τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός)
... χερσὶ ῥ κίθαριν περικαλλέα θῆκε
... ἤειδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ·
...ίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

Illi vero quidem intra domum erant excelsam,
Hastam quidem statuit ferens ad columnam lōgam,
Intra armarium bene politum, vbi vtiq; aliæ
Hastæ Vlyssis prudentis stabant multæ.
Ipsam verò in thronum collocauit, stragulo substrato,
Pulchro, ingeniosè facto: sub. a. pedib. scabellum erat.
Ipsi. a. lecticam apposuit variegatam seorsum ab alijs
Procis, ne hospes offensus strepitu,
In conuiuio turbaretur, cum superbis congressus,
Atq; vt ipsam de patre absente interrogaret,
Aquam verò ancilla ex gutto profundebat ferens
Pulchro, aureo, super argenteum lebetem
Ad lauādum: iuxtà autem politam strauit mensam.
Panem verò veneranda cellæ custos apponebat,
Fercula multa apponens de præsentibus,
Coquus autem carnium lances apposuit sumens
Omnigenûm, ipsis autem apponebat aurea pocula.
Præco autem eos sedulò obibat vinum fundens.
Ingressi aūt sunt proci superbi, qui quidem continuò
Ordine sedebant per sedilia thronosq;:
His verò præcones quidem aquā manib. infundebāt,
Panem verò ancillæ expediebant è canistris:
Illi aūt ad cibos paratos & antè appositos manus pro-
Pueri verò crateres coronarunt potus. (tendebant:
Sed postquam potus & escæ desiderium exemerunt
Proci, ipsis verò alia in mente curæ erant.
Cantus saltatioq; (hæc enim sunt ornamēta cōuiuij.)
Præco autem in manus citharā perpulchram posuit
Phemio, qui quidem cecinit inter procos vi, i. coactus,
Videlicet ille cithara ludens cœpit pulchrè canere.

γρ. κανέοισι, κ̓ ξοοῖ δὲ κς. ἐπ. π. Οἰδ. ἐπ.

COMMENTARIVS.

...ἐπὶ ποσσὶν] Nihil est optimè de rebus consulere, si consilia exitum suum nō sortiantur. Quòd cùm intelligat Minerua, ...ur, quòd ipsamet proposuerat, quasi mora & procrastinatio damnosa hac in parte videretur: quia hoc illa maximè ...quàm citissimè Vlysses patrijs suis finibus redderetur. Est tamen vbi cunctatio requiritur, celeritasq; periculosa est. ...ntis est examinare, & pro negotij qualitate alterutrum eligere.

...oc sic oportuit intelligi, ne mirum aut incredibile videretur, Mineruam tam repentè sese ad Vlyssis aulæ limē in Itha... ...n celeritatem Numinibus solet tribuere Poëta, vt alibi de Mercurio, Iride, Neptuno, Ioue, Iunone, Venere, Somno, ...s.

...erodotus in vita Homeri meminit huius Mentæ nauicularij cuiusdam, qui multa beneficia in Homerum contulerit. ...nc gratiam retulit, quòd eius tam honorificè hac in parte Poëseos meminerit, cùm Mineruam illi assimilatā scribit: ...uæ laudi ducendum est, quia verisimile est Deam illam prudētiæ nullius, quàm prudentis etiam viri speciem indu... ...: Mente plura infrá.

...itam procorum leuiter describit luxuriosam & inertem tantùm, vt qui ludis & comessationibus eam transigant o... ...utem talis, quod non ita vulgariter intelligendum: nam alius fuit & peculiaris eorum modus, vt ab Athenæo lib. I. ...Apionis Alexandrini relatu, qui se hoc ex Ctesone Ithacensi intellexisse dicebat. Talis ergo fuit ille procorum ludus. ...tum cùm essent proci, disposuerunt calculos inter se contrarios, pares paribus, tot numero, quot ipsi erant, opponē... ...uinquaginta & quatuor ex vtraque parte statuebantur: spatium quod in medio erat, vacuum relinquebatur, in quo ...it calculum, quem vocabant Penelopen: hanc scopum faciebant, siquis calculo percuteret, posteà cui sors accidisset, ...c intendebat: siquis verò illam attigisset, vlteriusq; propulisset suum calculum in loco proiectæ expulsæq; Penelo... ...a prius steterat, deponere oportebat: atq; rursus cùm Penelopen, in quo loco secundò commorata est, firmârit, se... ...ere calculum: quod siquis alijs intactis solam illam sæpiùs consequeretur, erat victor, multamque habere spem iu... ...lopen esse ducturum. Eurymachus sæpe vicerat hoc ludo, quare maximè omnium Penelopes coniugium sperabat. ...stulit Natalis à Comitibus. Nouissimus autem Interpres Athenæi, locum aliter reddidit quibusdā in locis. Quod ...ctorum subijcere, vt videant nihil esse in mortalibus ab omni parte integrum. Verba Athenæi priùs referemus. Ἀ... ...δρεῦς ἀκηκοέναι φησὶ παρὰ τοῦ Ἰθακησίου Κτήσωνος τὴν τῶν μνηστήρων πεττείαν· οἵα ἦν. ὀκτὼ γάρ φησι, καὶ ἑκατὸν ὄντες οἱ μνηστῆρες, διε... ...αντίας ἀλλήλαις, ἴσας πρὸς ἴσας τὸν ἀριθμὸν, ὅσοι περ ἦσαν καὶ αὐτοί. γίνεσθαι οὖν ἑκατέρωθεν τέσσαρας καὶ πεντήκοντα. τὸ δὲ ἀνὰ μέσον ...ὀλίγον κενόν. ἐν δὲ τῷ μεταιχμίῳ τούτῳ μίαν τιθέναι ψῆφον, ἣν καλεῖν μὲν αὐτοὺς Πηνελόπην. σκοπὸν δὲ ποιεῖσθαι, εἴ τις βάλοι ψήφῳ ...ν τὸν λαχόντα στοχάζεσθαι ταύτης. εἰ δέ τις τύχοι καὶ ἐκκρούσειε πρόσω τὴν Πηνελόπην, ἀποτίθεσθαι τὴν αὐτοῦ εἰς τὴν τῆς βληθείσης καὶ ἐξω... ...ὴν πρότερον ἦν. καὶ πάλιν στήσαντα τὴν Πηνελόπην, ἐν ᾧ δεύτερον ἐγένετο χωρίῳ ἐντεῦθεν βάλλειν τὴν ἑτέραν. εἰ δὲ τύχοι, αὐτὸς τοῦ μηδε... ...ψαύσαι, νικᾶν, καὶ ἐλπίδας ἔχειν πολλὰς, γαμήσειν αὐτήν. Τὸν δὲ Εὐρύμαχον πλείστας εἰληφέναι ταύτῃ τῇ παιδιᾷ, καὶ εὔελπιν εἶναι τοῦ γά... ...transfert nouus Interpres: Apion Alexandrinus se ab Ithacensi Ctesone audiuisse memorat, qualis esset apud procos ...um ludus. Centum enim ac octo fuisse procos, qui totidem quot essent ipsi, calculos inter se cōtrarios, numero pa... ...t ex vtraque parte quinquaginta quatuor essent, intermedio quodam relicto spacio, quod vacuum esset. In ea quæ ...: discernebat area, calculum vnum collocasse, quem Penelopen nominabant. Pro signo ac scopo is erat, siquis alte... ...e posset. Cui iaciendi sors obuenerat, in illum collimans dirigebat calcem: &, si fortè attigisset Penelopen, antror... ...: propulisset, calculus eius qui miserat, in eiecti ac protrusi locum deponebatur. Et cùm denuò Penelopen in eam se... ...o inebat priùs, restituissent, secundò alterum calculum rursum mittebat: ac, si percussisset, nullo ex cæteris calculis i... ...optimamq; spem concipiebat de Penelopes coniugio. Hoc lusu pluries Eurymachus victoriā adeptus. Penelopes nu... ...a spe pollicebatur. *Hæc ille.* In hac autem versione hoc habeo quod reprehendam, quia dicit calculum Penelopes ...locum vnde deiectus erat, restitui: cùm aliud sonent verba Græca, vt mihi persuadeo. Sed nos locum integrum cum

maiore otio aliàs examinabimus in nostra editione Athenæi Græca & Latina, quam breui dabimus, Deo annuente poenitebit nos hunc ludum procorum ex Apione intellexisse.

e οὓς ἔκτεινον αὐτοί.] Nimirum ex boum Vlyssis numero, nam anteà sic loquuta est Pallas: πᾶσι μνηστήρεσσιν ... Μῆλ' ἁδινὰ σφάζουσι, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς, &c.

